This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

1837
ARTES VERITAS SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

CJ
2928
.P3
F52

Fioravante, Benedetto

ANTIQUI ROMANORUM . PONTIFICUM DENARII

A Benedicto XI. ad Paulum III.

UNA . CUM

NUMMIS . S. P. Q. R. NOMINE . SIGNATIS

NUNC . PRIMUM . PRODEUNT

Notis illuſtrati

A . BENEDICTO . AB. FLORAVANTE



ROMÆ

Ex Typographia Bernabò, MDCCXXXVIII.

SUPERIORUM . PERMISSU .

5-24-28
17418.

Eminentiſſimo, ac Reverendiſſimo Principi

ANNIBALI. ALBANO
CARDINALI. EPISCOPO. SABINEN. S. R. E. CAMERARIO.

PHILIPPUS. FLORAVANTES
FELICITATEM.

SISTUNT *ſe Tibi*, EMINENTISSIME PRINCEPS, *Antiqui Pontificum Romanorum Denarii; eorumque ſeries, a nemine hactenus ordinata, profertur, a Benedicto XI. ad Paulum III. Tibi verò unicè debebatur Liber iſte nummarius, & ſub alterius cujuſquam auſpiciis, quam tuis, in conſpectum, lucemque venire ſine juſta repræhenſione non poterat; cum hocce monetæ genus, vel nolentes fateri cogat, nunquam apud Pontifices Opt. Max. antiquam, atque ſupremam in urbem Romam, atque reliqua Eccleſiaſticæ ditionis municipia, auctoritatem defuiſſe. Tibi igitur inſcribi, ob eam, quam geris, Camerarii S.R.E. dignitatem videbatur maximè congruum; facilemque ſibi fore aditum perſuaſit opella hæc poſthuma, cum tua peculiaris, ac longe lateque pervulgata laus ſit, nullum eſſe propemodum, in quo æque, ac in Te ſplendeat Sanctiſſimi*

Pontificis Patrui Tui hæreditaria Clementia; qua ſit, ut non tenuitas munuſculum hoc noſtrum excuſet, quo minus ſe Tibi conſecret, aut exiguitate ſua deterreatur. Acceptum itaque Tibi fore confido poſthumum hunc fœtum fratris mei Benedicti Abb. Floravantis, qui, nullo præeunte, in hiſce nummis perquirendis, illuſtrandiſque totus incubuit. Cum verò aliquod obſequii argumentum dari Tibi à Floravantibus oportere, multis nominibus probe ſentirem, neſcio, an nanciſci poterat gratius ullum, quod non ſolum collata in nos beneficia teſtari, ſed tuam quoque gratiam inire, ac promereri poſſet. Quoniam autem quidquid elici eruditionis, quidquid utilitatis percipi poteſt ex hoc Pontificio Cimeliarchio, id omne in nuncupatoria epiſtola perſequi, niſi abuti velim patientia tua, minime fas eſt, præſertim, cum ſit tota in Opere de hoc argumento diſputatio, colophoni manum inponam. Tua igitur benignitate confiſus, patrocinii, quod jam ab infantili ætate expertus ſum, continuationem in poſterum etiam, & mihi, & fratris opellæ poſthumæ, ut impendas, enixe poſtulo, & aſſequuturum ſpero. Virtutes tuas EMINENTISSIME PRINCEPS, *ſola potius cogitatione aſſequi, quam brevi oratione explicare, in exordio deliberavi; cum Te, vel uno tuo nomine, quod Liber in fronte gerit, ſingulæ quæque nationes immenſis laudibus cumulatum eſſe cognoſcant; nec aliena commendatione indigus ſit, qui præſtat ſua.*

IM-

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Apoſtolici Palatii.

Phi. Epiſcopus Piſaurienſis Vicesgerens.

APPROBATIONES.

I.

ALteram partem de Pontificum Romanorum antiquis Denariis, quam vehementer optabam, videre tandem potui; non tamen optimum Auctorem, quem mihi, Amiciſque bene multis, communione ſtudiorum ſecum junctis, vix manum ab opere completo ſubtrahentem, acerba morte ereptum lugemus. Hanc mihi à Rmo S. A. Palatii Magiſtro P. Jo: Benedicto Zuanelli inſpiciendam traditam, nihil prorſus continere à Catholica Religione, aut bonis moribus alienum affirmo; imò contra, plura, quæ Pontificiam dignitatem, atque amplitudinem confirment, quæque ad eruditionem, in hoc præſertim genere argumenti, augendam conducant. Eapropter valde dignam cenſeo, quæ typis edatur, & literatorum oculis ſubjiciatur.

Romæ ex Collegio Clementino hac die 10. Decembris 1737.

D. Jo: Franciſcus Baldinus Cl. Reg. Cong. Somaſchæ.

II.

EGo infraſcriptus non mediocri animi voluptate perlegi Librum, cui titulus: *Antiqui Romanorum Pontificum Denarii, a Benedicto XI. ad Paulum III. unà cum Nummis S. P. Q. R. nomine ſignatis* &c. nihilque in eo reperi, quod Catholicæ doctrinæ, aut bonis moribus adverſetur. Quare publicâ luce digniſſimum cenſeo, ſi Reverendiſſimo Patri Joanni Benedicto Zuanellio Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro, ad quem pertinet, ita videbitur. Spero autem, ipſum facultatem facturum, ut Opus hoc poſthumum, ſed numeris omnibus abſolutum, typis quantocius contradatur, cum ſit multiplici eruditione refertum, atque ad illuſtrandam Libri Pontificalis Hiſtoriam apprimè neceſſarium. Clariſſimi Auctoris Benedicti Abbatis Floravantis, in hoc ſuſcipiendo labore conſilium, dudum Roma laudibus proſecuta eſt, cum ſcilicet priorem Operis partem in vulgus emiſit ſub auſpiciis Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi Principis Joannis Antonii de Via, S. R. E. Presbyteri Cardinalis. Poſterioris verò partis proſequendæ judicium, an ſit omni commendatione digniſſimum, meâ quidem ſententiâ definio; ſed penes Eruditos Lectores eſto judicium. In veteribus namque Romanorum Pontificum nummis illuſtrandis, ut eruditus Auctor ſtudium atque operam ſuam egregiè collocaret, ſupremi in urbem Romam, ac reliquam Eccleſiaſticam Ditionem Dominatûs, ac Juris præcipua teſtimonia, ab omni ævo repetita, monumentis, ære, argento, auroque ſignatis, atque in omnem ætatem duraturis, uniuſcujuſque oculis ſapientiſſimè repræſentavit. Inſignis hæc antiquitatis gaza, è terræ ruderibus effoſſa, nobiliori Ciméliorum tumulo miſerè conſepulta jacebat; ſed, bono Literariæ Reipublicæ fato, Floravantes, dum in vivis ageret, nullis parcens expenſis, nummarium Cimeliarchìum ſibi confecit, non tamquam privatum Theſaurum, ſed

quaſi

quaſi rem publicam; atque univerſum in medium proferre conſtituit, ut temporaria Romanæ Sedis jura in ſuo lumine collocaret. Et utinam Pontificiæ Ditionis vindices, mutuata ab hiſce nummis luce, edita ab ſeipſis volumina illuſtraſſent: profectò omne tuliſſent punctum; ac magnum allatis authoritatibus pondus acceſſiſſet. Eruditus Auctor, de quo loquimur, immenſo propemodum labore, ac vitæ diſpendio, opus ærumnoſiſſimum, atque a nemine antea tentatum, Deo auſpice, abſolvit; ipſumque in promptu habebat, ut Literario Orbi donaret; cum mors, hæc cogitantem in maturo interitu rapuit, nimirum LIIII. ætatis ſuæ anno, ſummo Bonorum omnium mœrore, meique potiſſimum, cui apprime carus eram, quemque, dum extremum vitæ ſpiritum ageret, animæ ſuæ commendationi intereſſe voluit, atque ad aures loqui, de bonis, quæ præparavit Deus diligentibus ſe. Teſtis ergo hujuſce Operis utilitatis, teſtis Chriſtianæ Religionis, teſtis & vitæ, quam, omnibus Eccleſiæ ritibus pientiſſimè perſolutis, florenti adhuc ætate, me coram, conſummavit VI. Nonas Martias A. D. CIƆIƆCCXXXVII. amiciſſimo, ac præclariſſimo Viro illacrymans, ſubſcribor hac die XIIII. Kal. Februarias, Anno D. CIƆIƆCCXXXVIII. Ex Ædibus Vallicellanis.

Joſeph Blanchinus Congregationis Oratorii Romani Presbyter.

IMPRIMATUR.

Fr. Jo: Benedictus Zuanelli Ordinis Prædicatorum Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

IN-


INDEX
PONTIFICUM ROMANORUM
Qui in hoc Opere continentur.

Benedictus XI. *pag.* 45
Clemens V. 47
Joannes XXII. 52
Benedictus XII. 60
Clemens VI. 64
Innocentius VI. 68
Urbanus V. 70
Gregorius XI. 75
Urbanus VI. 77
Clemens VII. electus in ſchiſmate adverſus Urbanum VI. 81
Bonifacius IX. 85
Benedictus XIII. Pſeudo-pontifex in ſchiſmate adverſus Bonifacium IX. 88
Innocentius VII. 91
Gregorius XII. 95
Alexander V. 97
Johannes XXIII. 97
Martinus V. 102
Eugenius IV. 107
Nicolaus V. 114
Calliſtus III. 121
Pius II. 125
Paulus II. 130
Xiſtus IV. 136
Innocentius VIII. 144
Alexander VI. 152
Pius III. 157
Julius II. 158
Leo X. 192
Hadrianus VI. 208
Clemens VII. 212

NON

NOn ſum neſcius, nonnullorum hominum mentibus eam altè olim inhæſiſſe opinionem, illos ſcilicet, qui inferioris, vel ſi mavis, recentioris ævi monumenta, lapides, nummos, aliaque id genus, illuſtranda ſuſciperent, ſupervacaneam, ac prorsùs infructuoſam operam in his ponere, veluti ſterile, ac minimè frugiferum ſolum excolendum ſibi aſſumpſiſſent; exiſtimaverant enim, leve quiddam, ac nugatorium, harum rerum tractationem: noſtra autem ætate, & in hac luce litterarum iſtorum ſententia, qui tantùm vetera extollebant, recentium incurioſi, ex omnium animis, non modò concuſſa, ſed excuſſa penitùs videtur; ſummi enim, ac doctiſſimi viri, maximo cum labore, ut inferioris ævi tempora, in ignorationis tenebris, quas Barbarorum in Italiam adventus induxerat, jacentia, illuſtrarent, omnes Regionum, ac Bibliothecarum angulos perveſtigarunt, in apricum proferentes ſcriptores, rudes utcumque, ac ſi


quæ fuerant, Diplomata, chartas, aliaque, ad eam caliginem diſpellendam, afferendumque aliquid ſplendoris, & claritatis, quod, & præſtitere, eorumque conatus maximi factus, & cum omnium laudibus exceptus eſt. Quamobrem, & ego, qualemcumque meam operam, ad hæc ſtudia promovenda pro ingenii mei viribus, quas tamen minimas eſſe ſentio, conferre deliberavi: cum ſuperioribus annis clariſſimi Viri, ac ampliſſimi Præſulis Jo: Vignolii opus, de Antiquioribus Romanorum Pontificum denariis denuò typis tradidiſſem, tertia ſui parte auctum, pollicitus tunc fueram, me, juxta doctiſſimi illius viri mentem, argumentum proſequuturum, evulgando poſteriorum Pontificum denarios ad Paulum uſque III., quod modò efficere viſum eſt, fidemque meam exolvere. Exordiar autem à Sergii IV. denario, qui, licet ad præcedentem, de quo dixi, librum, pertineat, tamen, cum ſeriùs in manus noſtras pervenerit, ob ſummam raritatem, ac præſtantiam, meretur, ut illi Mantiſſæ loco, addendus pag. 90., hic apponatur.



Ser-

Sergii Monogramma in Area, in margine ✠ SALUS PATRIÆ. ✠ SCS. PETRUS. In medio ROMA. Meritò, elogio, quod nummo inſcriptum eſt, ornatur Sergius Pontifex Patria Romanus; ipſe enim, ut ſcripſit Platina in ejus Vita fol. m. 124. *Tantæ prudentiæ fuit, ut toto ſuo Pontificatu, nil commiſſum ſit, quo meritò reprehendi gubernantis negligentia poſſet; in Deum enim omnem mentem convertens, juſtè, atque integrè, omnia ex animi ſui ſententia gubernabat. Interea verò, hujus conſilio, & monitionibus, Principes Italiæ, compoſito fœdere, conſilia ineunt pellendi Saracenos e Sicilia, idque moliri paribus animis, & copiis inſtituunt:* quod, & feliciter inde evenit.





I.

✠ SANCTUS PETRUS in gyro; in area S. Petri caput.

✠ SANCTUS PETRUS in margine, in medio duæ parvæ claves erectæ, & in ſuperiore parte, inter utramque, parva crux.

II.

✠ BEATI PETRI in gyro; in area duæ Claves erectæ.

PATRIMONIUM in margine, in medio crux. Hoſce nummos in ea Tuſciæ parte, quam D. Petri Patrimonium vulgò appellant, cuſos putamus ex inſignibus duarum Clavium erectarum, quas, in Benedicti XI. denario ibidem percuſſo, mox videbimus: licèt in his non ſit inſcriptum Pontificis nomen, ex rudiore tamen delineandi modo, cuſos fuiſſe exiſtimandum paulò poſt, quam ea regio à Comitiſſa Mathilde in honorem D. Petri Gregorio VII. donata anno 1077., & eadem Comitiſſa defuncta anno 1115. in poteſtatem Paſchalis II. Pont. devenit, ut ſcribit Dominicus Millinus De origine, geſtiſque Comitiſſæ Mathildis part. 2. pag. 105., unde peculiariter ea Regio, D. Petri Patrimonium dicta fuit.

IN eo autem temporis intervallo, quod interjacet inter Paſchalem II. (uti in prima hujus operis parte diximus) & Benedictum XI., collocare viſum eſt eos denarios, qui Senatus

Po-

Populique Romani, vel ipſorum Senatorum nomina referunt, cum eo longo annorum ſpatio Summorum Pontificum nominibus inſigniti nulli appareant, & ſi forſan fuerint cuſi ab iiſdem, ad nos non pervenere. Conjicere hoc licet ex verbis juramenti præſtiti Innocentio II. ab Judicibus, & Advocatis Romanæ Urbis (apud Baronium ad annum 1143. pag. 303. Tom. XII. Edit. Rom.) in quo hi ſe obſervaturos, quæ promiſerant, ſpondent: *Quandiu Papa Innocentius, & ſucceſſores ſui cenſum, centum libras valentem, denariorum Papalium nobis Advocatis, & Judicibus annis ſingulis ſolvere perſeverabunt*. In dictis autem Romani Senatus nummis referendis, eorum morem ſequuti ſumus, qui (uti monuerat V. Cl. Vignolius) in ordinem Romanorum Imperatorum numiſmata redigentes, ab eadem ſerie, ea quæ à Tyrannis cuſa fuere, non excludunt; in hoc tamen numero non omnes recenſendi ſunt denarii Senatus Romani nomine percuſſi, cum iſti, ſi eos Senatores excipias, qui per vim, ſeditioſique populi furorem, in Senatoriam dignitatem invaſere; reliqui, qui ex indulgentia Summorum Pontificum, facultateque cuſi fuerunt, pro Pontificiis habendi ſunt. Patet hoc ex actis Concordiæ inter Clementem III., & S. P. Q. R. initæ anno 1188., quæ ex Cencio Camerario refert Baronius ad d. an-

num

num Tom. 12. pag. 811. & 812. Edit. Rom., & in formula Juramenti præſtandi à Senatoribus, quam legere eſt. Hoc autem monumentum ex inſigni membranaceo Codice, qui eſt penes V. C. Petrum Franciſcum Cornazanum ſummum Amicum noſtrum, adducimus, variaſque lectiones ab eo, quod exhibuit Baronius, ad oram paginæ damus, præterea Senatorum nomina, quæ omiſerat Baronius, & jam exhibuerat Vir Clariſſ., Italiæque noſtræ decus Ludovicus Antonius Muratorius.

Baronius Tom. 12. pag. 810., 811., 812. Edit. Rom.

Ex Codice MS. Membranaceo Cencii Camerarii eodem auctoris ævo conſcripto fol. 127. *num.* LXXXIV.

Concordia inter Dñm Papam Clementem III., & Senatores, Populumque Romanum ſuper regalibus, & aliis Dignitatibus Urbis.

SAnctiſſimo Patri, & Dño Clementi Dei gratia Summo Pontifici, & Univerſali Papæ. Senatus Populus Romanus ſalutem, & fidele cum ſubjectione ſervitium. Dignitas Senatus, Populique Romani in optimum ſtatum roboratur, & Reipublicæ nimium confert, ſi pacis concordiam inter Sacroſanctam Eccleſiam, & inclitam Urbem firmiter ſtabili-*

* *Populuſque*

li-

*litam, & ad poſterorum memoriam ſollepni * ſcri-pturarum exaratione reducamus, ne fortè per negligentiam, vel ſocordiam inæxtimabilis * pacis unitas * temporis lapſu depereat, quæ ſuæ excellentiæ prærogativa ab omnibus eſt tàm colenda, quàm perpetuis temporibus obſervanda. Per abundantiam namque Pacis, auxiliante Deo Patre, creſcit defenſio, & Romanæ Eccleſiæ, atque Urbis ægregiè dignitas conſervatur illæſa. Hinc * agrorum fertilitas procreatur, quæ in uſum humanæ vitæ multiplici commoditate porrigitur, per quam equidem nobis, & vobis, cæteriſque illam conſervantibus, utilitates, & lucra generantur quamplurima, & hoſtibus noſtris, veſtriſque malè mærentibus digna præparantur exitia. Proinde piiſſimè in Chriſto Pater, & Domine tenores ejuſdem pacis ad perennem rei memoriam per præſentem Senatoriæ dignitatis paginam decreto * ampliſſimi Ordinis Sacri Senatus, & aliorum quamplurium, * tàm Sapientum, quàm multorum prudentum * virorum conſulto, duximus roborandam, & vobiſcum taliter componendum, * videlicet. Ad præſens reddimus vobis Senatum, & Urbem, ac * monetam; tamen de moneta habebimus tertiam partem, ſicut inferiùs continetur. Item Eccleſiam Beati Petri abſolutam reddimus, & Epiſcopatus, & alias Eccleſias obligatas pro Guerra reddimus abſolutas, hoc modo, quod de tertia parte monetæ, quam Senatus habebit, ſingulis an-*

* *ſolemni*
* *inæxtimabiliter*
* *veritas*
* *Hic*
* *de certo*
* *quamplurimorum*
* *prudentium*
* *componendam*
* *Et*

*annis exhonerentur, donec tota pecunia, pro qua obligatæ * ſunt, ſolvatur, & ſicut ſors minuetur, ita minuantur uſuræ pro rata parte. Reddimus omnia regalia, tàm intra, quàm extra Urbem, quæ tenemus præter Pontem Lucanum, quem tamen non refutatis, & de his, * quæ alii tenent, non faciemus vobis contrarium. De Capitaneis ſimiliter, ſalvo, quod ex eis infra ſcriptum eſt, defendemus omnes dignitates & honores Urbis ad opus, & utilitatem veſtram, & Romanæ Eccleſiæ, & tam nos Senatores, quam alii Senatores, qui erunt per tempora, ſingulis annis, jurabimus fidelitatem, & pacem vobis, & ſucceſſoribus veſtris, ſicut conſuetum eſt, & faciemus, quod omnes perdentes, ſuſceptis emendationibus, ſicut concordatum fuerit, faciant inde refutationem per publicum Inſtrumentum vobis, ſucceſſoribuſque veſtris, & Romanæ Eccleſiæ. Et quocumque modo Tuſculanum dirui contigerit, nihilominùs omnes poſſeſſiones, & tenimenta ejus, intra, & extra cum hominibus, & rebus * eorum ſint in jure, & poteſtate Romanæ Eccleſiæ. Vos autem dabitis Senatoribus, qui erunt per tempora beneficia, & presbyteria conſueta. Item Judicibus, Advocatis, Scriniariis * à Romano Pontifice ordinatis, & officialibus Senatus presbyteria conſueta dabitis. De perdentibus autem, res eis ablatas per Maſnadam Romani Pontificis, & foriſcõres, * & Tuſcolanenſes per guerram, ſicut promiſſum eſt à vobis, per con-*

* obligata

* Iis

* cum omnibus bonis, & rebus

* & Scriniariis

* Forifactores

cor-

*cordiam, emendabitis, ſalvis exceptionibus à vobis factis, quibus deperdentibus, * obſervabitis conventiones à vobis factas, ſicut eis * conveniſtis, & deperdentes obſervabunt vobis conventiones ab ipſis factas, ſicut vobis conveniunt, * & dabitis ſingulis annis pro reſtauratione murorum hujus Excellentiſſimæ Urbis C. lib. bonorum provenien. * De Tuſculano, ſi fiet aliocumque * modo ad manus noſtras devenerit infra dimidium anni*, omnes muros, & carbonaria Civitatis, & Roccæ Tuſculani, & ſuburbiorum dabitis nobis ad diruendum, quos, & quæ nunquam reficietis, nec refici facietis vita * veſtra, retentis, & ſalvis, tam vobis, quàm ſucceſſoribus veſtris, & Romanæ Eccleſiæ omnibus poſſeſſionibus, tenimentis, & pertinentiis ejuſdem Tuſculani intra, * & extra cum hominibus, rebuſque eorum. Quod ſi hinc uſque ad Kal. Januarii d. Tuſculanum ad manus noſtras non venerit, tunc excommunicabitis Tuſculanos, & per fideles veſtros de Campania, & de Romania cogetis eos perficere de Tuſculano, quod dictum eſt ſupra, cum adjutorio noſtro.*

** dependentibus*

** cum eis*

**vobiſcum convenerunt*

** C. libras bonorum provenentium de Tuſculano.*

** quocumque*

** annum*

** in vita*

** intus*

Propter hoc autem nos Senatores pacem, & ſecuritatem Vobis, & Epiſcopis, & Cardinalibus, totique Curiæ veſtræ, & euntibus ad Curiam, & moram facientibus, & redeuntibus jurabimus, ſalvis juſtitiis Romanorum, quas petent bona fide ſine malitia, & inſuper vos eligetis per ſingulas contradas univerſarum regionum Urbis decem viros ſine ma-

*litia, de quibus nos Senatores faciemus vobis jurare; quatenus * hanc pacem cum beneficiis, quæ à Romana Curia habere conſueverunt; etſi plures hanc pacem jurare voluerint, nos Senatores permittemus. Si ad defenſionem Patrimonii Beati Petri Romanos vocaveritis, ipſi ibunt cum expenſis, quas prædeceſſores eorum à Romana Curia habere conſueverunt. De Capitaneis ſit ſalvum Urbi, & Populo Romano quidquid ab eis conventum, & promiſſum eſt * Romæ per ſcriptum, & juramenta, ac pleiarias, & ſtaiarias, ac preſones, * ſalva proprietate Romanæ Eccleſiæ, quam de Preneſtina Civitate habet, & ſalvo hominio Capitaneorum, quod debent Vobis, & Romanæ Eccleſiæ. Tibur non recipietis ad detrimentum, & dapnum * Urbis, ſed ſi Tibur nos * impugnare voluerimus, non facietis nobis contrarium; monetam facietis fieri intra Urbem, ubi vobis placuerit, de qua tertiam partem dabitis Senatoribus per tempora. Si nos præcepto veſtro guerram alicui fecerimus, & propter hoc nobis aliquis contrarium fecerit, juvabitis nos inde, atque defendetis cum adjutorio noſtro. Omnia ſupradicta vos, & univerſi Epiſcopi, & Cardinales Romanæ Eccleſiæ pro vobis, & ſucceſſoribus veſtris promittetis obſervare Senatui, Populoque Romano in perpetuum. Et nos Senatores, & univerſus Populus Romanus promittimus * pro nobis, & ſucceſſoribus noſtris omnia iſta obſervare vobis, & toti Curiæ, ſucceſſoribuſque*

** veſtriſque*

**conventum eſt & permiſſum*

** plerarias, & ſtararias, ac præcones*

** damnum*

** Tiburtinos*

** promittemus*

*que veſtris in perpetuum. Hæc omnia bona fide, & ſine fraude ab utraque parte obſerventur. Ut autem compoſitio iſta perpetuis temporibus illibata conſiſtat, eam decreto Senatus confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Auctoritate itaque Omnipotentis Dei, & magnificentiſſimi Ordinis Senatus edicto, firmiter præcipimus, ut nullus noſter concivis, amicus, vel fidelis contra hæc, quæ per ſcripta, & firmiter * ſtabilita ſunt, aliquo* ** quæ per ſcripta firmiter*
*modo venire præſumat, ſicut amorem, * & bonam* ** ſi amorem*
*noſtram voluntatem habere deſiderat: alioquin iram ampliſſimi Senatus, * & metuendi Populi Romani* ** Senatorii*
graviſſimè incurrat, & odium. Actum XLIIII. *anno Senatus, Indictione* VI. *Menſe Maii die ultima, juſſu Senatorum Conſiliariorum, Angeli Serromani de Pinea, Bobonis Stephani de Octaviano, Petri Stephani de Tranſtiberim, Romani*[a] *Senebaldi. Rainerii, Rainaldi de Rainutio, Joannis de Schinando, Caphari Bartholomæi, Petri Nicolai Fuſconis de Berta, Bobonis Domne Scotte*[b][1], *& Ilperini Donnici*[c], *& Senatorum Stephani Conte*[2] *Buce, Petri Berardi, Centii*[3] *Muti*[d], *Joannis Centii*[4][e], *Guidonis Bobonis*[5], *Joannis Leonis, Joannis Parentii*[6], *Gregorii Malebranche, Roffredi*[7], *Jordani de Ponte S. Petri, Oddonis Caput*[8] *Ferri Romani, Joannis de Flajano, Petri Joannis Ade, Centii de Gulſeramo, Stephani Judicis, Nicolai Buccemazi, Gerardi Petri de Gerardo, Jaquinti*

de Toſto [f] *, Piſcionis Nicolai , Joannis Saxonis , Joannis Guidonis de Papa, Petri de Gerardo, Joannis Bartholomæi , Joannis Centii Benonis , Petri de Octaviano , Vitalis Pauli* [g] *, Franconis Stephani , Petri Latonis* [9] *Cuntebrace* [10] *Petri de Gregorio , Petri Berardi de Blanca , Rainonis* [11] *Buccemize , Octaviani Joannis de Octaviano , Joannis Plage , Joannis Buccemazi , Jordani Oddonis , Centii de Beutimo* [12] *, Silveſtri Petri Arconis* [13] *, Joannis Scriniarii , Bartholomæi Cicconis , Nicolai de Antonio , Joannis Aſtulphi , Angeli Romani de Joanne , Aſtaldi de Tranſtiberim , Joannis Gulferami , Matthei in* [a] *cũ in* [15] *punga , Jacobi Oddonis Franconis.*

Ex Tomo III. Scriptor. rerum Italicarum pag. 588.

1. *Scottæ*
2. *Bore*
3. *Cencij*
4. *Cencij*
5. *Malebranche*
6. *deeſt*
7. *Guidonis Rotfredi*
8. *Campferri*
9. *Latronis*
10. *Contebrace*
11. *Banionis Buccemaze*
12 *Bertramno*
13. *Auconis*
14. . . . . . .
15. *Muſcam in pugno*

Apud eundem variantes lectiones.

a. *Senobaldi Rainerii*
b. *Scottæ*
c. *Dominici*
d. *Mucij*
e. *poſt Joannis Cencij lege : Guidonis Rofredi interpoſita nomina omittens*
f. *Toſco*
g. *nomina inter Vitalem Pauli, & Petrum Berardi non habet.*

Po-


Populuſque
Roboretur
in unum
Veritas
cæteriſque deeſt illam
excidia
Tenorem
de cetero
Hoc modo deeſt quod
habuit
ſolvatur pro
infra
propter
Qui tamen non reputatur
deeſt et
inferiùs
noſtram
ſucceſſoribus deeſt que
intus
ſicut nobis convenerunt
veſtras
annum
quatenus & quomodo
omnibus rebus
veſtras
ſuperius
veſtro.
juvabimus
ſine malitia deeſt, & inſuper vos eligetis per ſingulas contradas univerſarum Regionum Urbis decem viros ſine malitia
Quinque
partem
convocaveritis
priſones
debet
infra
vobis
veſtro
promittitis
cum
ſcripta, & firmata
alioquin deeſt iram
XLIII
Ramũto
de Schinardo
Sotte
Dominici
Contelce
Pancratij
Roffredi Jordani de Ponte deeſt S.Petri *poſt deſunt* Oddonis Caput ferri Romani, Joannis de Flajano, Petri Joannis Ade
Taquiti de Poſſo
Petri Berardi de Branca
Banconis
Bertraino
Joannes Aſſald
Muſcampugna

Apud Mabillonium Muſæi Italici Tom.2. pag. 215. Senatores jure jurando ſpondent Pontifici ſervaturos ei: *fidelitatem*, *Senatum*, *monetam*; quamobrem jure & merito Innocentius III. monetam hanc ſuam, ideſt Pontificiam, dixit in Epiſtola ad Rectores, & Conſules Campaniæ an.1208., quæ eſt 135. (Tom.2. lib.2.pag.203.) in-

tium datum fuerit. Innocentio II. ſedente, Romani, jam ad turbas proni, veterem Senatum reſtituere conati ſunt: verùm Innocentio, & Celeſtino defunctis, eiſque Lucio II. ſuffecto, turbæ illæ in apertam ſeditionem erupere, Romanique, occupato Capitolio, Senatores, reluctante Pontifice, elegere, ac Jordano Petri Leonis, Patriciatûs dignitatem, uti Senatorum Principi, detulerunt. Patet hoc ex Epiſtola ejuſdem Lucii ad Conradum III. Imperatorem Concilior. Labbei Tom. 10. pag. 1035.: incitati autem Romani fuerant ad hæc ſcelera ſuaſu Arnaldi de Brixia, impii hominis, hæreticaque labe infecti, & in Concilio Lateranenſi damnati, qui docebat, nec *Clericos proprietatem*, *nec Epiſcopos Regalias*, *nec Monachos poſſeſſiones habentes*, *poſſe aliqua ratione ſalvari*, *cunctaque hæc Principis eſſe*, uti refert Otho Friſingenſis de Geſtis Friderici I. lib. 2. cap. 2. inter Scriptores Germ. Marquardi Freheri. Hiſce turbis longo tempore exagitati fuere Summi Pontifices, Romano populo, modo ſponte iiſdem ſeſe ſubjiciente, ac modo ſeditionibus commoto, Senatores eoſdem adverſus eligente.


Ex nummis à Senatu Populoque Romano percuſſis, vetuſtiorem putavit, ac protulit Clariſſ. Auctor Defenſionis II. Pontificii Juris in Comaclum pag. 67. primæ Edit. argenteum illum, qui primo loco viſitur. I. RO-

UNIV. OF MICH.


TAB. VI
I
Æ
II
Æ
III
Æ
IV
Æ
V
AR
VI
AR
SPQR


UNIV. OF MICH.


TAB. V



UNIV. OF MICH.

TAB. IV







UNIV. OF MICH.



TAB. III




P.17




UNIV. OF MICH.

TAB. II


P.17





UNIV. OF MICH.

TABVLA . I



TABULA I.

I.

ROMAN. PRICIPE. S.Petrus ſtans, dextera claves pendentes, ſiniſtra librum tenet.

SENAT. POPUL. Q. R. S.Paulus, dextera enſem, ſiniſtra librum gerit.

II.

ROMAN. PRICIPE. S. Petrus, dextera claves, & ſiniſtra librum tenens, ad latus S. P.

SENAT. POPUL. Q. R. S. Paulus, dextera enſem tenet, ſiniſtra librum.

III.

ROMANI PRICIPE. S. Petrus, ut ſupra.

SENAT. POPUL. Q. R. S. Paulus, dextera enſem, ſiniſtra librum gerit, & ad latera S. P.

IV.

ROMANI PRICIP. S.Petrus, ſiniſtra librum, dextera claves tenet.

SENAT. P. QUE R. S. Paulus, ut ſupra.

In tribus prioribus Roſa in parte inferiore.

Hi nummi, diverſo licet, rudioris tamen artificii, typo percuſſi, vetuſtiores cæteris apparent, & forſan primis, poſt renovatum Senatum, annis. Piam autem Romanorum Senatorum erga SS. Apoſtolos religionem epigraphe appoſita indicat, qua eos in Urbis Principes, ac Patronos elegerant, licèt miſerè in Schiſma delapſi fuiſſent, decepti ab Arnaldo de Brixia. Hic autem

religioſum habitum, quo magis decipere poſſet, induit, ut ſcripſit Otho Friſingenſis, quem ſupra adduximus. Roſam autem illam in adverſa, averſaque parte trium ſuperiorum nummum, ad ornatum tantum à typi ſcalptore poſitam fuiſſe, conjicere eſt.

V.

ROMA CAPUT MU. S. P. Q. R. Roma caput mundi Senatus, Populuſque Romanus, & poſt litteras minuta D.N. imago ſudario impreſſa, maximæ apud Romanos venerationis, de qua inferius agendum nobis erit. Dominus noſter Jeſus Chriſtus ſedens, dextera ad benedicendum elevata, ſiniſtra librum tenet, caput circulus, ſivè nimbus ornat, ad latera hinc quatuor ſtellæ, illinc quinque, duæque lineæ in ovalem formam ductæ, totum corpus ambiunt.

In averſa parte S. Petrus ſtans, cujus caput nimbus circuit, ſiniſtra duas claves pendentes tenet, & dextera vexillum porrigit homini ingeniculato, ornata clamide ſuperinduto, ejuſque caput biretum pellitum tegit, pone S. Petri imaginem, legitur S. PETRUS, litteris non ad nummi marginem in gyro locatis, ſed alia ordinatim alii ſuppoſita eſt. Sub vexilli apice SEN, & ad nummi marginem ATOR URBIS. Vetuſtatem aurei hujus nummi ſatis arguunt imaginis delineatio D.N. ferè ſimilis ei, quæ viſitur in nummo Alexii II.

Co-

Comneni apud Bandurium Numiſm. Tom. 2. pag. 660., & in adverſa parte effictarum imaginum lineamenta ſatis rudia. Hemiſtichium illud. Roma caput mundi, petitum eſt ex veteri Chriſtiano Poeta, qui cecinit *Roma caput mundi quidquid non poſſidet armis, Religione tenet*. Idem carminis initium Leonino rithmo ſuppletum, nempe Roma caput mundi, regit orbis frena rotundi, legitur in Sigillo Imperatoris Friderici Ænobarbi, itemque in Sigillis Friderici II., & Ludovici Bavari, qui diù Summis Pontificibus, Sedique Apoſtolicæ averſi fuere, ut videre eſt apud Michaelem Heineccium in Syntagmate de Sigillis part. 1. cap. 9. pagg. 102. 106. 108.

Extremis in circuitu nummi litteris addita eſt Servatoris noſtri vultus minuta admodum imago: hæc ea eſt, quam pia quædam fœmina excepiſſe traditur Sudario admoto faciei Chriſti Domini, ſanguine, & ſudore adſperſæ, dum, pro humani generis redemptione, Crucis pondere, preſſus, ad mortem duceretur. De maximè veneranda iſta imagine, quæ abſque ſacro quodam horrore propiùs inſpici non poteſt, hæc conſtans, ac perpetua traditio fuit, ut teſtatur Baronius ad ann. 34. num. 138, & referunt acta SS. Bollandiana Februarii Tom. 1. ad diem quartam pag. 490. quod autem additur ex Methodio Epiſcopo, quem adducit Marianus Sco-

tus ad annum Chriſti 32., & ex libello in Bibliotheca Vaticana aſſervato, piam illam mulierem Berenicis, ſeu Veronicæ nomine fuiſſe appellatam, ſanctamque imaginem Romam detuliſſe Tiberii Cæſaris tempore, ſubleſtæ fidei eſt; allatam tamen primis poſt Chriſtum ſæculis in Urbem, magnaque in veneratione habitam, ſatis conſtat. Johannes VII. electus Pontifex ſæculo ſeptimo exeunte, Oratorium extruxit in honorem Beatæ Mariæ Virginis, ibique ſacram Domini noſtri imaginem condidit, ut teſtatur Petrus Manlius Vaticanæ Baſilicæ Canonicus, qui ejuſdem Baſilicæ hiſtoriam ſcripſit Alexandro III. dicatam Sæculo XII., quam ſocii Bollandiani evulgarunt Tom. VII. Junii pag. 45., conſtructumque ibi altare ab eodem Pontifice, quod Sanctiſſimi Sudarii dictum fuit; Celeſtinus inde III. tabernaculum magnificentius renovavit ad illud condendum, promendumque anno 1297., ut habetur dicto Tom. I. Februarii ad diem quartam pag. 455., & Oratorium hoc, ſive Sacellum S. Mariæ in Veronica dictum fuiſſe, aſſeruit Grimaldus; ipſa verò ſacra imago, Vultus ſanctus, & Veronica, quaſi vera Icon dicta fuit, & hoc nomine appellatam Sæculo XIII. ſcripſit Johannes Mabillonius Muſæi Italici Tom. I. pag. 88., eaque fuit erga ipſam peregrinorum hominum, ad ſacra loca invi-

vi-

viſenda, Romam advenientium religio, ut minuta numiſmata, Servatoris vultum referentia, ſecum deferrent, capitis tegumentis, vel ipſis aſſuta veſtibus, data ad eadem obtinenda, pia ſtipe, quam in Canonicorum ejuſdem Baſilicæ utilitatem cedere, Pontificio dato diplomate, voluit Innocentius III., ut refert Franciſcus Maria Torrigius in tractatu de ſacris Cryptis Vaticanis part. 2. edit. 2. pag. 309., ipſiſque minutis numiſmatibus expreſſas fuiſſe decuſſatas claves in averſa parte, unumque hujus formæ inventum in egerenda terra ad novæ Baſilicæ fundamenta jacienda refert Grimaldus à dicto Torrigio allatus dicta part. 2. pag. 447., nec tantum claves, verùm etiam cruce in averſa parte numiſmata inſignita fuere, ut videre eſt in ſubjecta tabella, quæ numiſmata adducimus ad evellendam ex aliquorum mentibus opinionem, hæc pro nummis olim habita; Julius III. Pontifex electus Anno Jubilei MDL., nummum argenteum, qui quadrantem majoris nummi argentei, quem Julium vocant, pendet, ſacri vultus imagine ſignavit, addita Epigraphe *Vultus Sanctus*.

Vincentius Armannus in Epiſtolis Italicis, quas edidit Vol. 3. pag. 299. ſimilem refert denarium, quem pertinere ad Senatorem ex familia Capiſucca aſſerit, legiturque in eo Roma Cap. M. Vot. S. P. Q. R. voto S. P. Q. R. In plu-

pluribus tamen, quos hujuſmodi vidimus MUDI legitur, ideſt MUNDI non M. vot., atque in hunc errorem detritæ forſan, fugienteſque litteræ ſcriptorem adduxerunt.

In averſa parte Senator viſitur, qui in genua procumbens, vexillum à S. Petro accipit, atque hæ imagines ad exemplum factæ videntur earum, quæ in abſide Triclinii Lateranenſis Leoniani viſuntur ex muſivo opere, ubi S. Petrus vexillum dat Carolo Regi in Urbis Romanæ Patricium electo, de quo integrum librum evulgavit Nicolaus Alemannus, & Johannes Vignolius V. C. in prima hujus operis parte pag. 18. Tuendis bonis in honorem Sanctorum Deo donatis, Advocati ab Eccleſiis eligebantur, qui eas armis defenderent, vexillaque de aris earundem Eccleſiarum, ad officium ſuum explendum, ſumebant, de quo inferioris ævi more fusè diſſeruit incomparabilis Vir Carolus Ducangius diſſert. 18. ad hiſtoriam S. Ludovici IX. Galliarum Regis à Joanvilleo gallicè conſcriptam pag. 244. Senator itaque vexillum à D. Petro recipit, defenſurus, uti advocatus, res, quæ B. Petro dono datæ, ad eundem pertinebant, eaſque cum Romanorum Republica conjunctas fuiſſe teſtatur Stephanus II. in colloquio habito cum Pipino Pontigone, in quo, referente Anaſtaſio in ejuſdem Vita Tom. 4. edit. Rom. pag. 238. depre-

precatus eſt, *ut per pacis fœdera, cauſam B. Petri, & Reipublicæ Romanorum diſponeret*.

Simili veſte huic, quam defert Senator in nummo, exornatus eſt Johannes Columna, qui Sæculo XIII. Senatorium munus obtinuit, depictus in Cœnobio Aracœlitano Fratrum Minorum ad exemplum veteris monumenti ex opere teſſellato, quod in ædes Columnenſes delatum eſt: ex qua autem familia fuerit Senator in denario expreſſus, incertum eſt, cum nullum appareat gentilitii ſtemmatis veſtigium.

✠ BRANCALEO S. P. Q. R. Leo gradiens.

✠ ROMA CAPUT MUNDI. Mulier coronata ſedens, dextera globum, ſiniſtra palmam tenens.

Quo anno Brancaleo Andali filius Bononienſis Romanæ Urbis Senatoris dignitatem adeptus fuerit, variæ ſunt hiſtoricorum ſententiæ, electum Senatorem fuiſſe anno 1253. habetur ex coævo ſcriptore Mattheo Pariſio in Hiſtoria Anglica in Henrici III. Regis vita pag. 576. aſſerente, quod. *Menſe Auguſti Romani elegerunt ſibi novum Senatorem Civem Bononienſem nomine Brancaleonem, virum juſtum, & rigidum, juriſque peritum, qui noluit electioni de ſe factæ quomodolibet conſentire, niſi ſecurum eum facerent, quod tribus annis, contra ſtatutum Urbis, ſtaret in ipſius Senatus potentia*. Aberat eo tempore Roma Innocentius IV., Aſiſii, & Peruſii mo-

moram trahens, Conradus enim Imperator, Fridericum Patrem imitatus æquè inſenſus erat Romanæ Eccleſiæ, ac Neapolitanum Regnum occupaverat, ut legere eſt apud Raynaldum ad d. annum 1253. num. 1. Nondum autem Brancaleo, obtenti muneris tempore exacto, anno 1256. captus eſt à Romanis, uti addit Pariſius pag. 922. *Senator eorum, qui Magnatibus Urbis, & Populo Romano videbatur rigidiſſimus executor Juſtitiæ, & ultor culparum inexorabilis*: narrat inſuper ejuſdem Brancaleonis uxorem Bononiam profectam fuiſſe, & cum ejuſdem Urbis Magiſtratui ſignificaſſet, illum in carcere detineri, triginta ex Romanis Civibus, qui ibidem obſides erant, cuſtodiæ traditi fuere: Anno autem 1257., ut rectè monuit Raynaldus ex Epiſtolis Alexandri III. ad ann. 1258. num. 5. ejecto Emanuele Magio Brixiano Senatore, Brancaleo e carcere eductus eſt, & iterum Populus eidem Senatoriam dignitatem reſtituit, qua adepta, ipſe, Manfredo, Friderici II. Imp. filio notho, acerboque Eccleſiæ hoſti, addictus, in Urbis nobiles deſæviit, fruſtrà reluctante Alexandro Pontifice, qui, ut ejus furorem compeſceret, ſacris eundem interdixit, verùm homo nefarius, cenſuris Eccleſiaſticis ſpretui habìtis, Pontificem, & Cardinales Roma excedere coegit, ac Viterbium petere, & inde coactis copiis,

piis, Ananiam Pontificis patriam evertere, ſoloque æquare minabatur; quamobrem Alexander civium lacrymis permotus, cum Brancaleone pacem iniit, qui tamen eodem anno, divino ulciſcente numine, obiit; veſana autem plebs in Capitolino foro ejuſdem caput vaſi inclusum, Columnæque impoſitum, quodammodo venerata eſt.

Ea Romæ imago in nummo effiſta, longè diverſa eſt ab ea, quæ in veteribus numiſmatis, ac ſignis ſpectatur; mulier ſcilicet, armis ſuperatorum hoſtium inſidens, ſiniſtra parazonium, dextera Victoriam tenens, hæc autem non armata, ſed clamydata, globum, ac palmam fert, qua forma, & ſequentibus ſæculis effiſta eſt, uti pictam in uno ex vexillis, quod detuliſſe in ſolemni pompa, cum primùm Capitolium aſcendit, Romani Populi Tribunus Nicolaus Laurentius, retulit ejuſdem Vitæ auctor cap.v. pag.20. edit.2. his verbis: *Lo primo Conſalone fò granniſſimo, roſcio, e con lettere d'auro, nello quale ſtava penta Roma, e ſedea ſopra doa Leoni, e in mano teneva lo Munno, e la Palma, queſto era lo Conſalone della libertate*, ideſt, *primum Vexillum ampliſſimum erat, rubrum, aureiſque cum litteris, in quo picta erat Romæ imago duobus Leonibus inſidens, manibus globum, palmamque tenens, & hoc erat Vexillum libertatis*.

In averſa denarii parte eſt imago Leonis gradientis, quæ in aliis ſignatis S. P. Q. R. nomine nummis deinceps perpetuò viſitur. Cur autem Romani, abjecta Aquila, veteri majorum inſigni, illius loco Leonem ſelegerint, hanc fuiſſe cauſam conjicere eſt; cum enim Gibellini Aquilam pro inſigni haberent, hi, uti Guelfi, ac Pontificiæ partis ferè ſemper defenſores, volucrum Reginæ, ut vulgo fertur, quadrupedum Regem oppoſuere; Leones autem in Capitolinis ædibus Sæculo XIV. Romanus Populus aluit ad magnificentiam oſtendendam, qui mos etiam Florentiæ fuit, ut legere eſt apud Villanios rerum Florentinarum Scriptores, patet ex veteri Urbis Statuto lib.3. cap.214. pag.68. Edit. Bladi 1567, in quo alimenta Belluæ, donec vixerit, conſtituuntur, & additur eidem cuſtos, imò plures aliquando eodem ſæculo habuiſſe conſtat ex Hiſtoria Religioſorum Virorum e Divi Auguſtini inſtituto ab Aloyſio Torello italicè conſcripta Tom. v. pag. 439. ad annum 1328. Narrat enim Joannem Saxium Romanum, Cœnobii ad S. Triphonem Præfectum, eo quod Nicolaum Pſeudopontificem à Ludovico Bavaro electum, execraretur, ab iis, qui Imperatori adherebant, in locum, ubi Leones aſſervabantur adductum, longaque e trabe pendentem, dilaniandum illis objectum fuiſſe, qui tamen à Deo ſervatus, inno-

no-

nocuus evaſit, referente Ægidio Cadinali Columna in hiſtoria, quam conſcripſit.

Brancaleonis nummum excipiunt denarii Caroli Andegavenſis utriuſque Siciliæ Regis, ac Romanæ Urbis Senatoris nomine percuſſi, quorum cum aliquot referat, ad ſuam opinionem fulciendam, Leblancus, ideirco accuratiùs à nobis de illis agendum erit, ad apertè oſtendendum Senatoriam dignitatem à Pontificum arbitrio omninò pependiſſe.

TABULA II.

I.

✠ KAROLUS S. P. Q. R.
Leo gradiens, ac ſuperius parma gentilitia, in cujus area tria lilia Francica viſuntur.

✠ ROMA CAP. MUNDI. Mulier coronata ſedens: dextera globum, ſiniſtra palmam tenet.

II.

✠ CAROLUS REX S. P. Q. R. Leo gradiens, converſo integro rictu. Superius, lilium francicum.

✠ ROMA CAP. MUNDI. Mulier coronata ſedens, ut ſupra num. I.

III.

✠ CAROLUS REX SENATOR URBIS. Leo gradiens, ut ſupra, vacua cæteroqui area

✠ ROMA CAPUD MUNDI S. P. Q. R. Mulier, ut ſupra.

IV.

✠ CAROLUS REX SENATOR URBIS. Leo gradiens, ut ſupra: in ſuperiori areæ parte lilium Francicum, in inferiori littera F.

✠ ROMA CAPUD MUNDI S. P. Q. R. Mulier ſedens, ut ſupra.

V.

✠ CAROLUS REX SENATOR URBIS. Leo, ut ſupra, unà cum lilio francico

✠ ROMA CAPUD MUNDI S. P. Q. R. Mulier ſedens, ut ſupra.

I.

Cum Manfredus Friderici II. Imp., ex minus juſtis nuptiis filius, Neapolitano Regno per vim occupato, Pontificiam ditionem invaſiſſet; Urbanus IV. cum Carolo Andegavenſi Comite, S. Ludovici IX. Galliæ Regis fratre, egit de utriuſque Siciliæ Regno, quod ad Romanam Eccleſiam ſpectat, in ipſum transferendo, ad Manfredi tyrannidem retundendam. Romana Urbs interea variis turbis agitabatur in Senatoris electione anno 1264, abſente Urbano; Cives enim in partes diviſi, alii Manfredum, alii Petrum Aragoniæ Regis filium, Manfredique Generum, alii denique Carolum ad hanc dignitatem evehere ſtudebant: rem apertè deſcribit coævus Poeta Thierricus Vallicolor apud Papirium Maſſonum de Epiſcopis Urbis in Ur-

Urbani Vita lib. 5. pag. 237. primæ Edit.

Interea populus Romanus ab Urbe potentes
Plures ejecit, prædominante carens,
Unde petit dominum; cui tradat jura Senatus,
Prædicto Carolo pars cupit una dare,
Altera Manfredo dicto, pars altera nato
Aragonum Regis; qui gener hujus erat:
Attendens igitur pater iſta pericula, ſi non
Nunc acceptaret Carolus iſta Comes,
Ipſi mandavit, quod penitus omne Senatus
Jus acceptaret, nempe ſalubre ſibi.

Conſcriptæ autem ſunt ab Urbano leges in Senatorio munere ſuſcipiendo, ne ſcilicet ultra tempus triennii, vel quadriennii, vel ad ſummum quinquennii valeat tenere Senatum, ut legere eſt apud Raynald. ad d. ann. num. 4. paruit Pontifici Carolus, Romamque miſit Jacobum Gontelinum e Provincia, cum lecta militum manu, ut Urbem, Vicaria cum poteſtate, adverſus Manfredum ejuſque fœderatos tueretur; quamobrem ipſe, una cum Beatrice uxore anno ſequenti 1265 Romam venit, & in Cœnobio Capitolino fratrum minorum Senatorium munus ſuſcepit die 21 Junii, ut refert Jo. Ludovicus Lellus in Hiſtoria Eccleſiæ Montis-Regalis italicè conſcripta pag. XI. in vita Gaufredi de Bellomonte Archiepiſcopi, qui iiſdem actis teſtis interfuit, eodemque anno Regis

ti-

titulum aſſumpſit, collato ei à Clemente IV., qui Urbano in pontificatu ſucceſſerat, & Peruſii morabatur, utriuſque Siciliæ Regno.

Cuſus igitur fuit denarius, quem proferimus eo tempore, quod interceſſit inter collatam illi Senatoriam, ac deinde Regiam dignitatem, cum primi muneris tantum titulum referat, tunc enim Andegavi, & Comitis titulo inſignitus erat, itemque Provinciæ, & Forcalquerii, quarum regionum ditio ei obvenerat ex Juribus Beatricis uxoris filiæ Raimundi Berengarii poſtremi earum Provinciarum Principis.

In averſa parte ſupra Leonem eſt Gallici Regni inſigne: ſcutum ſcilicet, in quo tria lilia continentur: plura olim inſignibus appoſuiſſe Francorum Reges uſque ad Carolum VI., qui regnare cœpit anno 1380 refert Labbeus de Inſignibus Gallicis §. 1. pag. 5., atque hæc communis opinio eſt, & ſanè in aureo nummo ejuſdem Regis, quem delineatum affert Leblancus in Tractatu de monetis Gallicis pag. 206. Angelus viſitur coronatus, haſta draconem premens, manu ſiniſtra clipeum tenet tribus liliis exornatum, ſed longè antea, ſæculo nempe præcedenti, hujuſmodi inſigne uſurpatum fuiſſe noſter denarius evincit.

In

II.

In hoc denario Carolus Regis tantum, non & Senatoris titulo inſignitus legitur, quare conjicere licet, tunc in ejus honorem cuſum fuiſſe, cum ipſi, utriuſque Siciliæ Regi jam renunciato, & Beatrici uxori, à Rodulpho Albanenſi Epiſcopo, Ancherio S. Praxedis, Riccardo S. Angeli, Gotifredo S. Georgii, Mattheo S. Mariæ in Porticu S. R. E. Cardinalibus (quibus id muneris à Clemente IV. Pontifice injunctum fuerat) Epiphaniorum, ſeu apparitionis Domini die feſto anni 1266. Regia diademata impoſita ſunt in Vaticana Baſilica (ut habetur in Inſtrumento ab iiſdem Cardinalibus confecto, quod vulgavit Raynaldus ad d. annum num. 1.) non autem in Lateranenſi, ut ſcripſerat Platina in ejuſdem Pontificis vita fol. 172. pag. 2. Edit. Venetæ 1562. Quoniam verò hæc novi Regis inauguratio ſolemni pompa, maximaque cum celebritate peracta fuerit, ut teſtatur Nicolaus de Jamſilla in Hiſtoria. Tom. 8. Script. rer. Italic. col. 600. non inveriſimile eſt hujus formæ nummos, quos Miſſiles non ineptè dixeris, populo ea occaſione ſparſos fuiſſe. Lilium francicum Leoni ſuper additum eſt ad regiam familiam deſignandam. Cum Florentini Cives, qui Guelforum factioni addicti erant, eidem Clementi IV. adverſus Manfredum pa-

ra-

ratos ad arma ſe obtuliſſent, Pontifex ſuam erga eos benevolentiam teſtatam volens, gentilitium ſuum ſtemma in Vexillis deferendum, iiſdem impartivit; id erat, Aquila rubra in area alba ſerpentem viridem unguibus correptum premens, huic Florentini Guelfi addidere in ſuperiori parte Francicum lilium purpureum, ut refert Ricordanus Malaſpina in hiſtoria Flor. cap. 176; & Scipio Ammiratus in hiſt. Tom. 1. lib. 2. pag 129. edit. 2. ad exemplum forte denariorum, de quibus agimus.

III. IV. V.

Quo tempore nummi hi percuſſi fuerint, incertum eſt, per plures enim annos Carolus Rex Senatorio munere functus eſt: id bis ei collatum, ex ejuſdem ævi Scriptoribus fuiſſe reperio, primùm, ut jam diximus, anno 1264, verùm anno 1267 ſeditione in Urbe facta, dataque à Populo facultate Senatorem eligendi Angelo Capocio, qui turbas excitaverat, hic Henricum, Regis Caſtellæ fratrem, ad Senatoriam dignitatem evexit, eaque Carolus Rex exutus eſt, verum Henricus Corradinum Apoſtolicæ Sedis hoſtem excepit, ac pro eo militans adverſus Regem, in pugna in Campis palentinis ad Sulmonem malè pugnata captus, in carcerem detruſus eſt anno 1268., quare Carolus Rex ſecundùm à Clemente IV. Senatoriam dignitatem obti-

obtinuit ad decennium, quo exacto, ea ſe abdicavit anno 1278., illique ſucceſſere Jo. de Columna, & Pandulphus Sabellus. Ad apertè autem demonſtrandum, non proprio jure, ſed ex Summorum Pontificum indulgentia, collataque facultate, à Senatoribus, & præcipuè ab ipſo Carolo Rege, nummos percuſſos fuiſſe, afferre viſum eſt Epiſtolam Martini IV. ſcriptam anno 1282 die 26 Decembris, miſſamque Philippo de Caven (Cavenſi, vel Cavenſibus) Vicario in Urbe pro Rege Carolo Senatore, ille enim novum monetæ genus, Pontifice inconſulto, non autem inſcio Carolo Rege, uti in re tam gravi, putandum eſt, cudere auſus fuerat; injungit autem Pontifex, ut ab ea cudenda deſiſtat, cuſamque in civium uſum non emittat; hanc epiſtolam olim e Codice Epiſtolarum Martini Pontificis (Regeſtum dicunt) in Vaticano Chartophilacio, aſſervato, fol. 39. anni 2.! olim exſcriptam, nec dum evulgatam mecum perhumaniter communicavit Cl., ac doctiſſimus vir Franciſcus Valeſius, cum quo ſumma mihi neceſſitudo intercedit; ea verò hæc eſt.

* *
*

MARTINUS &c. Dilecto filio nobili Viro Philippo de Caven. Regio in Urbe Vicario ſalutem &c.

GRave &c. ad audientiam noſtram non ſine grandi admiratione pervenit, quod in Civitate Romana diverſæ cuduntur, ſeu cudi debent, ſive fabricari monetæ, quæ in Civitate præfata cudi, ſeu fabricari non poſſunt, nec debent abſque licentia Sedis Apoſtolicæ ſpeciali. Quia igitur non poſſumus, nec debemus talia æquanimiter tolerare, diſcretionem tuam monemus, rogamus, & hortamur attentè per Apoſtolica tibi ſcripta mandantes, quatenus diligenter attendens, quod te, utpotè devotionis, & obedientiæ filium condecet, ut beneplacitis ejuſdem Eccleſiæ, quæ perſonam tuam ſpeciali affectione proſequitur, te compares, & ſtudio vigilanti procures, ut à cuſione, ſeu fabricatione hujuſmodi monetarum deſiſtatur omnino, vel ad eas cudendas, ſeu fabricandas proceſſus aliquis nullatenus habeatur; præſertim, cum talis fabricatio monetarum fiat pœnitùs contra jura, ita quod hujuſmodi monetæ, quæ de præfatæ Sedis licentia non cuduntur, non legitimæ, ſed potiùs adulterinæ debent non immerito reputari, ſi verò fabricatum eſt de iiſdem, illud nequaquam deducatur in publicum, neque uſui quomodolibet exponatur; quin imo cautius teneatur occultum, donec ſuper hoc per ſedem

eam-

eamdem contigerit aliter provideri; ſic itaque in hac parte te gerere ſtudeas, ſic prudenter, & cautè procedas, ut tuæ devotionis promptitudinem, quam in hoc invenire cupimus efficacem, condignis laudibus attollamus, & Sedis prædictæ gratia, quam libenter ad filios devotos extendimus, circa te, non indignè ſuſcipiat incrementum; nec oporteat nos ſuper hoc, cum talia æquo pati animo non poſſimus, ad remedium aliud habeat recurſum. Ut autem hoc noſtræ intentionis propoſitum tibi apertius innoteſcat, ecce dilectum filium Fridericum electum Iperien. *latorem præſentium ad te ſpecialiter deſtinamus, per quem de hujuſmodi noſtra intentione poteris plenius informari. Datum apud Urbem Veterem* VIII. *Kal. Januarii Pontificatus noſtri anno ſecundo.*

Superioribus nummis addimus denarios, qui gentilitia ſtemmata referunt eorum, qui Sæculis XIII, & ſequentibus Senatoriam dignitatem obtinuere: primuſque occurrit.

TAB. II. Num. VI.

✠ SENATUS POPULUS QUE ROMANUS. Leo gradiens: in infima parte, Columba Roſæ impoſita

✠ ROMA CAPUD MUNDI S. P. Q. R. Mulier coronata inſidens duobus Leonibus: dextera palmam, ſiniſtra globum gerit.

 Co-

Columba illa, ſeu potiùs Palumbes Roſæ inſidens pars præcipua eſt ſtemmatis familiæ Sabellæ non minus antiqua nobilitate, quam viris domi, foriſque illuſtribus clara, ex qua fuit Pandulphus, Honorii III. Pontificis frater, ut aſſerit Sanſovius de Illuſtribus Italiæ familiis pag. 493. Edit. Venet. 1670. Hic electus fuit Senator abſque Collega anno 1291., ut conſtat ex Elencho Senatorum Urbis, quem ſequimur, à Hyacinto Lilio primum concinnato, aliiſque aucto, quem primum protulit Johannes Marius Creſcimbenius, ſatis litterato Orbi notus, ac noſter, dum vixit, amicus in Hiſtoria italicè conſcripta Baſilicæ S. Mariæ in Coſmedin lib. III. cap. IV. pag. 134.

TABULA III.

I.

✠ SENATUS POPULUS Q. ROMANUS. Leo gradiens, in extrema nummi parte duæ ſimul junctæ parmulæ: in prima Columna Coronata viſitur, altera autem tenia tranſverſa dividitur, ſupra quam Roſa, inferiorem partem, faſciæ à dextera ad ſiniſtram occupant.

✠ ROMA CAPUD MUNDI S. P. Q. R. Mulier, ut ſupra.

✠ SE-

II.

✠ SENATUS POPULUS Q. R. Leo gradiens, & in extrema nummi parte duæ ſimul junctæ parmulæ, ut in altero ſuperius dicto

✠ ROMA CAPUD MUNDI, Mulier coronata, ut ſupra

III.

✠ SENATUS P. Q. R. Leo gradiens: nummus hic ſimilis eſt I., ac II., præter quam quod gentilitium ſcutum, quod ad dexteram in illis eſt, ad ſiniſtram in hoc ponitur

✠ ROMA CAP. MUNDI Mulier coronata, dextera globum, ſiniſtra palmam tenet.

Gentilitias haſce Teſſeras ad gentem Columniam, ac Urſinam pertinere (clariſſimam utramque) nemo, qui in Romana inferioris ævi hiſtoria hoſpes prorſus non ſit, neſcit. Quo autem tempore cuſi denarii fuerint, & quibus ex utraque gente Senatoribus tribuendi ſint, incertum prorſus eſt; plures enim eo munere aucti fuere, cum, ad ſedandas, componendaſque urbanas diſcordias ex ambabus familiis Gibellinæ, & Guelfæ factionis principibus, quas nobiles, plebeiique ſequebantur, viſum fuit æqua dignitate eas augere. Innuit hoc Albertinus Muſſatus in hiſtoria lib. XI. pag. 52 primæ edit. loquens de adventu Henrici VII. Imperatoris Romam, ſeditionibus perturbatam: *Induciæ*

fiunt

ſunt, decretumque &c. duos Senatores creandos per utramque Urſinorum, & Columnenſium partem, moxque hæc omnia completa ſunt. Creati Senatores Franciſcus Matthei à Monte pro Urſinorum parte, pro Columnenſi vero, Jacobus de Deva (legendum Jacobus dictus Sciarra) Johannis de Columna.

Recenſendi modo ſunt Senatores, quibus urbanas res adminiſtrantibus, hujus generis nummi cudi potuere. 1292 Stephanus Columna, & Urſus de filiis Urſi. 1302 Stephanus Columna Genazzani Dominus, & Franciſcus Matthei Rubei de filiis Urſi. 1303 Jacobus Johannis de Columna, & Franciſcus Matthei de filiis Urſi. 1344 Johannes de Columna, & Jordanus de filiis Urſi. 1347 Petrus Agabiti de Columna, & Robertus de filiis Urſi.

IV.

✠ SENATUS P. Q. R. Leo gradiens, & in inferiori parte duæ (ut videntur) Anguillæ

✠ ROMA CAP. MUNDI Mulier coronata, ut ſupra num. III.

Si re vera illæ ſunt Anguillæ, hæ, ſtemma efficiunt Nobiliſſimæ familiæ Comitum Anguillariæ, militari gloria illuſtris; & denarius tribuendus eſt Franciſco Anguillariæ Comiti, qui Roberti Regis Senatoris Vicarius fuit anno 1326.

✠ SE-

V.

✠ SENATUS POPULUS Q. R. Leo gradiens converſo integro Rictu: ſuperius crux; inferius verò Parmula in duas partes diſtincta, in qua ad dexteram, ſupra Leo, & infra globuli, & ad ſiniſtram triplex faſcia ſub unaquaque earum lunulæ.

✠ ROMA CAPUD MUNDI mulier coronata, ut ſupra num. I. & II.

Pertinet hic denarius Petro Stephani, ſeu de Stephaneſchis, & Andrææ Romano Senatoribus anno 1296

VI.

✠ SENATUS P. Q. R. Leo gradiens: in inferiori parte Undæ

ROMA CAP. MUNDI Mulier coronata ſedens ut ſupra

TABULA IV.

I.

✠ SENATUS POPULUS Q. R. Leo gradiens in infima parte, duo veluti ſerpentum capita

ROMA CAP. MUNDI Mulier coronata ſedens, ut in præcedenti tabula, num. v.

II.

✠ SENATUS POPULUS QE. ROMANUS Leo gradiens; & infra Leo ſaliens, & ex altera parte, media Aquilæ imago

✠ RO-

✠ ROMA CAPUD MUNDI S. P. Q. R. Mulier coronata ſedens, ut ſupra

III.

✠ SENATUS POPULUS Q. R. Leo gradiens: inferius in circulo, media Aquilæ imago, & ex altera parte Undæ

✠ ROMA CAPUD MUNDI, & parva Roſa. Mulier coronata, ut ſupra

IV.

✠ SENATUS POPULUS Q. R. Leo gradiens: inferius, in ovali forma, Undæ in duas partes diſtinctæ, tertia pars tempori ceſſit.

✠ ROMA CAPUD MUNDI cum Roſa. Mulier ſedens, ut ſupra

V.

✠ SENATUS POPULUS Q. R. Leo gradiens: infra ad dexteram, Urſinae familiæ, in medio Arcionæ, ut videtur, & ad ſiniſtrum latus Annibaldenſium extant inſignia.

✠ ROMA CAPUD MUNDI M. Mulier ſedens, ut ſupra

VI.

✠ SENATUS POPULUS Q. R. in ovali figura ad dexteram Urſinorum arma, in medio tres lunulæ, in altera parte tres faſciæ dextrorſum pendentes

✠ ROMA CAPUD MUNDI, & Roſa. Mulier coronata ſedens, ut ſupra.

TA-

TABULA V.

I.

✠ SENATUS P. Q. R. Leo gradiens

✠ ROMA CAP. MUNDI Mulier ſedens, ut ſupra

II.

✠ ROMA : in medio Protomes Mulieris coronatæ, ſiniſtra palmam, dextera globum gerentis. In gyro Crux.

✠ SENATUS P. Q. R. in area Crux, quæ totam circuli ſuperficiem occupat.

III.

Stellula. ROMA CAPUT MU : Leo gradiens

✠ SENATUS P. Q. R. & Stellula : in medio Crux, ut ſupra.

IV.

✠ ROMA CAPU. M. ac Stellula, & Leo gradiens

✠ SENATUS P. Q. R. cum Stellula. In medio Crux, & in inferiori ſiniſtro latere altera Stella viſitur.

V.

✠ ROMA CAP. M. utrinque ſtellulis ſignata, & Leo gradiens

✠ Crux, ac utrinque Stellulæ SENAT. P. Q. R. in medio Crux, & in inferioi parte ſtella

VI.

✠ ROMA CAPUT flagellum, ſeu Vexillum inter duas Roſas. Leo gradiens

✠ SENATUS P. Q. R. flagellum, aut vexillum in medio: crux ad ſuperius ſiniſtrum latus, & ad inferius dexterum Stellulæ.

TABULA VI.

I.

✠ ROMA CAPUT MU. Interior circulus bifariam diviſus eſt, in ſuperiori parte littera S., & lunula deorſum vergens, infra haſta tranſverſa cum teniis pendentibus; Vexillum eſſe putamus

✠ SENATUS P. Q. R. in medio Crux, ad unumquodque latus ſigna, in inferiori ſiniſtro latere ſtella; reliqua ſigna periere

II.

✠ ROMA CAPUT MU. Area in duas partes diviſa, ſuperius, circulus, hinc Stella, inde Luna dimidiata, inferius faſcia, ſive haſta, ut ſupra

✠ ALMUS RO. SENAT. in medio Crux, & ad quaterna latera U. R. B. S.

III.

ROMA CAPUT. M. in medio Crux

D. N. Servatoris caput

IV.

✠ ROMA CAPUT M. in medio Crux

✠ SUDARIUS. D.N. Caput, radiis ex eo emicantibus

✠ LA-

V.

✠ LADISLAUS REX ETC: in medio ſtemma Ladislai

✠ SANCTUS duæ parvæ claves decuſſatæ PETRUS. In area duæ claves decuſſatæ, alligatæque

VI.

✠ ROMA CAPUT MUNDI inde Roſa. Mulier coronata ſedens, ut ſupra

✠ SENATUS POPULUS Q. R. Stemma coronatum, in quo tranſverſis à dextera in ſiniſtram litteris S. P. Q. R.

Ladislai utriuſque Siciliæ Regis nummum Romæ cuſum, & ſi ad Sæculum XV. pertineat, hic referre duximus, ne Pontificiorum nummorum ſeriem, ordinemque perturbaremus; bis Rex ille Roma per vim, & fraudem potitus eſt: primum Anno 1405, cum Romani adverſus Innocentium VII. ſeditionem commoverunt. Sed brevi ejectus urbe fuit: ſecundum Anno 1413, icto enim cum Joanne XXIII. fœdere, Ladislaus, nemini fidem ſervare ſolitus, variaſque prætexens cauſas, admotis ad Romanum agrum Caſtris, noctu ad Statilii Tauri Teatrum, ſacraſque Sanctæ Crucis Aedes, perfoſſis mœnibus, cum univerſo exercitu Romam ingreſſus eſt, redacta in ſuam poteſtatem Adriana arce, cuſtodis perfidia.

Joannes vero Pontifex attonitus, & nihil tale ſuſpicatus, aufugiens, Viterbium ſe proripuit. Ladislaus autem jam Urbis Dominus *novam Monetam in eadem urbe cudi ſecit*, ut inquit Theodoricus de Niem inter Scriptores Germanicos Henrici Meibomii Tom. I. pag. XXII. Edit. Helmeſtad. 1688. *Sed tandem Rex, ulciſcente divino Numine*, non abſque veneni ſuſpicione, Peruſii *ardentiſſima ſebre correptus, menteque abalineatus, vivere deſiit*.

BENEDICTUS XI.

NICOLAVS BOCCASINVS TARVISINVS ORDINATVS XI. KAL. NOVEMBR. MCCCIII. OBIIT NONIS JVLII MCCCIV.



✠ PP. BENEDICT. UND. in gyro, in medio Crux.

✠ S. PETR. PATRIMONIUM, *Sancti Petri Patrimonium*, in medio duæ claves erectæ.

Poſt ſuperiores denarios à nobis expoſitos, hic primùm occurrit Benedicti XI. nomine inſignitus; verùm, ſi accuratius perpendatur numerus, Decimus fuerat nuncupandus, ut advertit Raynaldus ad annum 1303. num. 45., & rationem affert Panvinius in annotatione ad hujus Pontificis vitam à Platina conſcriptam, fol. 129. Cum enim Benedictus X. occupaverit per vim, & ſimoniacè ſummam dignitatem, ideoque in Concilio Sutrii habito anno 1050, exutus pontificatu fuerit, ſubrogatuſque Nicolaus

laus II., meritò *in numeri nota ejus ratio habenda non fuerat*. Benedictus autem, de quo loquimur, vir fuit ex ſacra D. Dominici familia, vitæ ſanctitate, & miraculis poſt obitum clarus.

Crux integram nummi aream occupat, de qua ſatis diſſeruit Vir Clariſſimus Jo: Vignolius explicans Hadriani denarium pag. 5. noſtræ editionis.

Et ſi quæcumque ad Romanam Eccleſiam pertinebant, ſive Urbes, ſive prædia, & cenſus annui, cæteraque omnia, Patrimonii S. Petri, & Eccleſiæ Romanæ nomine appellarentur, ut ex Epiſtola Hadriani I. ad Conſtantinum Imperatorem, ejuſque matrem Irenem, pluribus probat Nicolaus Alemannus diſſert. Hiſtoric. de Parietinis Lateran. cap. 15. pag. 167., poſt ſæculum tamen duodecimum peculiari hoc nomine dicta eſt ea Etruriæ Suburbicariæ pars, quæ hinc à reliqua, Tyberi, & Marta fluviis ſejungitur, inde ad mare uſque protenditur, hujuſque Provinciæ caput Viterbium eſt, Urbs ſatis ampla, in qua cuſum hunc denarium putamus; ibi enim officinam monetariam fuiſſe eo ſæculo, arguit nummus ibidem percuſſus ab Urbis Præfecto, quem refert Felix Contelorius de Præfecto Urbis cap. 4. poſt num. 45.


Claves, quæ in medio averſæ partis poſitæ, viſuntur, non decuſſatæ; ſed erectæ, in-

di-

dicant à Domino traditam D. Petro, ejuſque ſucceſſoribus poteſtatem; de quibus plura congeſſit Philippus Bonannus de Numiſmat. Pontif. pag. 234., & ſeqq.

CLEMENS V.

BERTRANDVS DE GOTHO BVRDEGALENSIS
ELECTVS
NONIS JVNII MCCCV.
OBIIT
XII. KAL. MAII MCCCXIV.



CLEMENS PAPA QUINTUS. Protomes Pontificis, ſacro habitu induti, compoſita ad impartiendam benedictionem dextera manu, ac ſiniſtra ad crucem deferendam. Crux in media nummi area, in gyro ad nummi oram ✠ AGIM. TIBI GRA. OMNIPOTENS DE. ✠ *agimus tibi gratias omnipotens Deus*. In illo interiore, claves decuſſatæ COMIT. VENASINI *Comitatus Venaiſini*.

Diſſidentibus inter ſe Cardinalibus Peruſii in electione Pontificis poſt Benedicti XI. obitum,

tum, tandem Bertrandus Archiepiſcopus Burdegalenſis Pontifex electus eſt, qui, ut Philippo Francorum Regi gratificaretur, in Galliis morari ſtatuit, *& in Comitatu Venaiſini reſidentiam facere, nec unquam montes tranſire, ſicut nec fecit, quamvis potuiſſet*, uti legitur in ejus vita à Ptolomæo Lucenſi ſcripta apud Baluzium in Vit. Pap. Avenionenſium Tom. 1. pag. 25.

Cum Clemens V. in Comitatu Venaiſino, Pontificiæ jam ditionis, ac, ut veriſimile eſt, Carpentoracti, quæ ejuſdem præcipua Urbs eſt, primùm monetariam officinam inſtituerit, non abs re erit diſquirere, quo tempore Comitatus hic in Apoſtolicæ Sedis poteſtatem devenerit. Comitatus Venaiſinus ea Regio eſt, quæ hinc Delphinatu, illinc Rhodano, ac Durentia fluviis, limitibus continetur; hæc Toloſæ Comitibus paruit, uſque ad Chriſti annum 1176, quo detecta, damnataque eſt Albigenſium hæreſis, quæ impia Manicheorum, & Arianorum dogmata ex inferis revocaverat, eaque peſtis integram Toloſanam Provinciam invaſerat, ut refert Card. Baronius ad dictum annum Tom. XII. pag. 425. Edit. Ticin.: Ad evertendam armis hanc hæreſim Innocentius III. ſollicitavit Philippum Francorum Regem, & anno 1208 adverſus nefarios hoſce homines, ſacra Cruce ſignatorum expeditio conflata eſt, vide Raynaldum

ad

ad dictum annum num. 15, verum, cum illi Raimundum Toloſanum Comitem fautorem ſibi deinde inveniſſent, denuo ſacra contra eoſdem expeditio ſuſcepta eſt anno 1214., Raimundo verò repentina, infauſtaque morte ſublato, cum Raimundus alter, ejuſdem filius, paterna ſcelera deteſtari viſus fuiſſet, ipſi ditio illa, quæ Monfortio Comiti tributa fuerat, reſtituta eſt, ſe enim jure jurando obſtrinxerat, teterrimum illud hæreſeos incendium reſtincturum, ſed homo varius, leviſque ingenii, brevi, officii ſui oblitus, hæreticorum patrocinium ſuſcepit; quamobrem Gregorio IX. Pontifice hortante, ac impellente, in Raimundum, impietatis reum jam convictum, S. Ludovicus Galliarum Rex arma movit, eòque eum adegit, ut oblatas à Romano tit. S. Angeli Cardinale Apoſtolicæ Sedis Legato pacis conditiones ſuſcipere coactus fuerit; concordiæ igitur tabulæ confectæ fuere Lutetiæ Pariſiorum menſe Aprili anno Domini 1228., quas legere eſt apud Labbeum Tom. XI. Concil. col. 419 Pariſienſis Edit. In his hæc habentur, *Terra autem, quæ eſt in Imperio ultra Rhodanum* (in qua ſitus eſt Comitatus Venaiſinus) *& omne jus, quod ipſi Raimundo competit, vel competere poſſit in ea, preciſè, & abſolutè quietavit dicto Legato nomine Eccleſiæ Romanæ in perpetuum.* Altera enim citra

G Rho-

Rhodanum ditionis partem, Galliarum Regi ceſſerat: captam autem Venaiſini Comitatus à Legato tunc poſſeſſionem, ſatis arguunt Gregorii IX. litteræ ad S. Ludovicum ſcriptæ Reate anno Domini 1231. dicto Concil. Tom. XI. col. 361. Raimundus verò, impetrata flagitiorum venia à Pontifice, Comitatum Venaiſinum beneficiario Jure traditum, obtinuit, ea lege, ut, ſi abſque liberis maſculis deceſſiſſet, una enim ei filia erat, Johanna nomine Alphonſo Pictavii Comiti S. Ludovici Regis fratri nupta, Comitatus ille in Romanæ Eccleſiæ poteſtatem recideret, ut ſcribit Sebaſtianus Fantonus Caſtruccius Hiſt. Avenionenſis italicè conſcriptæ tom. I lib. 2. pag. 135. Obiit autem Raimundus Comes anno Domini 1271, maſculina prole nulla relicta, præmortuaque Johanna filia, ac Philippus cognomento Pulcher Galliarum Rex, ut hæres ab Alphonſo patruo inſtitutus, Venaiſinum Comitatum occupavit; verùm Gregorio X. flagitante, eumdem Comitatum Apoſtolicæ Sedi jure debitum, reſtituit anno Chriſti 1273 Raynald. ad d. annum num. 51.

Verba illa nummi extremæ circuitus parti inſcripta *Agimus tibi gratias Omnipotens Deus*, ideo appoſita fuiſſe, perquàm veriſimile eſt, quia ſcilicet Clemens certo vitæ periculo divina Clementia ereptus fuerat; ea enim die, qua Pon-

Pontificia Tiara Lugduni redimitus fuit, & equeſtri pompa Philippo Regi Galliarum, & Carolo fratre, aliiſque Principibus viris comitantibus e S. Juſti Eccleſia in Urbem redibat, corruente muro ferè oppreſſus fuit, ipſo ex equo decidente, ac Tiara è capite excuſſa; ex ea autem ruina periere Johannes Britanniæ Dux, & Galhardus Pontificis frater; hæc habentur in ſecunda, & ſexta Vita Clementis apud ſupradictum Baluzium col. 23. & 97.

Denarii, quem proferimus, mentionem facit Caſtruccius ſupra allatus lib. 1. pag. 8. ex Suareſio in deſcriptione Comitatus Venaiſini; eundem nummum ſed majore, quam ſit, forma, delineatum exhibuit Stephanus Baluzius ex Muſæo Vaillantii initio Tom. 1. Vit. Pap. Avenionenſium.

JOHANNES XXII.


JACOBVS DE OSSA DE CATVRCO
ELECTVS
VII. IDVS AVGVSTI MCCCXVI.
OBIIT
IX. KAL. JVNII MCCCXXXI.

I.

S. JOHANNES B. *Sanctus Johannes Baptiſta*: ejuſdem Sancti imago promiſſis capillis, & barba, pellicea veſte induti, prolata dextera ad benedictionem impartiendam, manuque græco more aptata, juncto ſcilicet annulari digito, pollici; ſiniſtra baculum tenet, in cujus apice crux eſt, in ſuperiori nummi parte ſupra dexterum imaginis humerum, Mitra viſitur pontificia, teniis utrimque pendentibus.


SANT. PETRH *Sanctus Petrus*; in medio flos ad lilii francici ferè formam effictus, & claves decuſſatæ. Johannes XXII. primus ex Romanis Pontificibus fuiſſe videtur, qui aureum nummum cuderit, cum nullus ante ipſum percuſſus appareat. Signatus hic eſt Avenione anno Chriſti 1322, teſte Johanne Villanio Hiſtoriarum lib. 9. cap. 169. Eamdem utrimque formam refert, quam aureus denarius Florentinæ Reipublicæ, quem à flore in eodem excalpto FLORENUM vocabant. Teſtatur hoc Johannes Villanius ibidem,

TAB. I P. 52







UNIV. OF MICH.



TAB. II





UNIV. OF MICH.

dem, ſubdens in hoc tantum differre aureum pontificium nummum à florentino, quod in ea parte, qua flos ſignatus eſt, Pontificis nomen legatur. Verùm, aut moneta illa deperiit, vel ſcriptor hic memoria lapſus eſt, & ſibi contradicit; cum aureum hunc denarium diverſimodè deſcribit eodem libro cap.278. Ejus verba latinè reddita hæc ſunt. *Eodem anno 1324 menſe Decembri Johannes Papa acriter in eos invectus eſt, & ſacris eoſdem interdixit, qui aureos florenos cuderent, aut cudi facerent florenorum Florentinorum typum imitati, à pluribus enim Dynaſtis factum fuerat, à Montisferrati ſcilicet Marchionibus, ac Spinulis Genuenſibus; verum Pontifex hiſce actis, alios à re deterruit, ſemetipſum autem non coercuit, cudi enim fecit aureos nummos, à quibus in hoc tantum diverſi erant, quod in parte adverſa, in qua eſt S. Johannis imago, Johannis Pontificis nomen legeretur, ac ſupra, ſigni loco, erat Pontificia Mitra; in adverſa verò nummi facie, in qua flos eſt, SS. Petri, & Pauli nomina legebantur*: Erraſſe autem Villanium hæc referentem apertè apparet, non enim Pontificis nomen in nummo eſt, ſed S. Johannis Baptiſtæ, quemadmodum S. Petri ſolius, non verò SS. Petri, & Pauli in averſa parte; præterea immeritò conqueritur de Pontifice, qui, cum alios indicta pœna coercere niteretur, ne ſimiles florenis nummos percu-

cu-

cuterent, ſe ipſum non coercuit; Johannes enim illos tantum à ſacrorum uſu arcuit, qui captandi lucri gratia, aut minoris ponderis monetam effeciſſent, aut in eadem conflanda, auro obrizo, vilius aliud metallum immiſcuiſſent, proque proba, adulterinam obtruderent, non autem eos, qui æquè probam, licet alteri ſimillimam, ſolaque nota diſtinctam, percuterent; hoc idem Johannes expreſsè declarat in diplomate anni Chriſti 1317 contra veteratores, fallaceſque homines, qui in Galliæ, & Navarræ regnis falſam monetam emittebant, ut legere eſt apud Raynaldum in appendice Tom. 15. Annal. Eccl. ad dictum annum in fine num. 14. his verbis: *alii monetam fabricatam ſub vero ſigno Chariſſ. in Chriſto filii noſtri Philippi Regis Franciæ, & Navarræ illuſtris ſtudioſè depravant, & ex hoc cadit à ſuo recto pondere. Quamplures etiam in locis circumvicinis, quibus de jure, aut conſuetudine, aut privilegio jus competit fabricandi monetam, ſignum proprium monetæ Regiæ, monetæ ſuæ, quam fabricant, inſcribere, ſeu inſculpere moliuntur; ejuſdem quantitatis, & rotunditætis, & litterarum figuræ, quam habet moneta Regia, monetæ ſuæ, quam fabricant, quantum poſſunt ſimilius, ſpeciem, & formam inſculpunt, conſtituunt, & imponunt, & quamvis moneta prædicta eorum ad uſurpatam ſimilitudinem, deficiat à juſto pondere argenti,*

ti, & ſolito in Regia moneta, & more, & conſuetudine obſervato, ſimplices tamen, & populares perſonæ falluntur quotidiè ea occaſione in uſu monetarum. Nos igitur eos, Clementis PP. V. prædeceſſoris noſtri veſtigiis inherentes, excommunicationis ſententia innodamus. At negocium ingerit, quod hoc idem diploma, totidem ferè verbis legitur in cap. unico Extravag. de Crimine falſi fol.84. ſed hoc tantùm intercedit diſcrimen, quod illud à Raynaldo allatum ad Philippum Longum Galliarum Regem datum eſt Avenione Id. Aug. anno I., ideſt 1317., alterum verò dicti cap. unici ad Carolum Pulchrum Philippi filium Galliarum Regem anno VI nonis Julii, ſcilicet anno 1322., ſed hæc facili negotio conciliari poſſunt, ſi dicamus, datum Philippo Regi diploma, non in vulgus emiſſum ab eo fuiſſe, præcipuè, cum ille primis anni 1321 diebus obierit; idem ergo diploma à Johanne Pontifice Carolo Regi iterum datum, & ab ipſo primùm evulgatum fuiſſe, nullus dubito. Sed ex diverticulo in viam. Dantes Aligerius cantu 30 Inferni Adamum Brixienſem, qui florenum aureum, non modo quia ſimilem, ſed quia improbum conflaverat, in inferis loquentem adducit.

Ivi è Romena là, dove falſai
La lega ſuggellata del Battiſta,
Perche il corpo ſuo arſo laſſai.

Plu-

Plures autem, imò ferè omnes Europæ Principes, quibus cudendæ monetæ jus erat, aureos nummos ad florentini formam, aut proprio nomine, aut nota addita, ſignarunt. Cuſus autem aureus Florenus Florentiæ primum fuit anno 1252, uti teſtantur Vincentius Borghinius in diſſertationibus de Urbe Florentia parte 2. pag. 129., & Scipio Ammiratus in Hiſtor. Florent. Tom. 1. lib. 2. pag. 97. Edit. 2., quamobrem fallitur Leblancus, qui in tractatu de monetis Gallicis pag. 154 ſimilem aureum nummum tribuit Ludovico VI., qui obiit anno Chriſti 1137, aut Ludovico VII., qui obiit anno 1180; alterum verò Philippo Auguſto, qui obiit anno 1223, aut Ludovico VIII. anno 1226; quare valdè dubito, an denarii illi expungendi ſint è nummorum Galliarum Regum ſerie, ac potiùs Ludovico Hungariæ Regi tribuendi, qui Sæculo XIV. vixit; extat autem apud me aureus hujus Regis denarius, cujus in una parte S. Johannis Baptiſtæ imago viſitur, illi à Leblanco allatæ ſimillima, in altera verò inſignia Regni Hungariæ extant cum lemmate *Lodovicus Dei gratia Rex*.

II.

Alter aureus hic nummus ſuperiori ſimillimus, hoc uno tantùm differt, quod loco Mitræ, ſupra dexterum S. Johannis Baptiſtæ hume-

merùm, Tiara pontificia duplici corona redimita cernitur.

Tiaram Pontificiam ad Pilei formam, qui ſignum libertatis, ac poteſtatis erat, effictam, plures putarunt, eamdemque primùm geſtaſſe S. Silveſtrum, ad ſignificandam libertatem ab Imperatore Conſtantino Eccleſiæ datam, cui poſtea additum fuerit aureum phrigium, quod in coronam immigravit, cum hanc, licet à Conſtantino oblatam, Sanctus ille Pontifex recuſaverit, ut ſcripſit Innocentius III. in ſermone primo de B. Silveſtro his verbis: *Conſtantinus ſecedens Byzantium coronam capitis ſui voluit B. Silveſtro conferre, ſed ipſe pro reverentia Clericalis coronæ noluit eam portare*. Daniel Papebrochius originem Regni, quod Summus Pontifex geſtat in capite, minimè referendam eſſe ſpuriæ Conſtantini donationi, ad quam Innocentius III. etiam reſpexiſſe videtur, fuſo calamo, acriterque contendit, quamvis exordia deferendæ tiaræ, Sancto Silveſtro ipſe etiam non invitus adſcribat, qui propria electione pileum adhibere cœperit Romano more, ceu libertàtis ſymbolum, ut ſupra dictum eſt, eumque aureo phrygio, ſeu diademate exornarit, ut regale Sacerdotium, omnium maximum à Chriſto Domino Petro, ejuſque ſucceſſoribus collatum, ſignificaretur. Utcumque res ſe habeat

H Ni-

Nicolaum primum ſæculo nono circulum aureum Tiaræ addidiſſe, ob quem Regni nomen eidem tributum, plurium opinio eſt. Nicolaus Alemannus de parietinis Lateranenſibus cap. 13 pag. 129. Bonifacium VIII. aliam coronam addidiſſe aſſerit Sæculo XIII. exeunte, ut Regni ſpiritualis, ac temporalis prærogativa exprimeretur; quod, & confirmat Carolus Cartarius in opere Italicè ſcripto, cui titulus *Prodromus gentilitius*, addens Bonifacium gemina corona Tiaram exornaſſe poſt editam Conſtitutionem *Unam Sanctam*.

Videmus certè in Pontificum monumentis ante Bonifacium VIII. tiaram Romanorum Pontificum una tantùm corona redimitam fuiſſe: duas verò exhibet æreum numiſma ejuſdem Pontificis, quod ex muſæo Franciſci Gualdi protulit Alphonſus Ciacconius, & inſigne ſimulacrum Johannis XXII. ad illius ſepulcrum locatum in Eccleſia principe Civitatis Avenionenſis in ſacello S. Joſephi, ut etiam denarius, de quo loquimur; quamvis, ut nihil taceamus, imago ſepulcralis Bonifacii VIII., quæ in veteri Vaticana Baſilica extabat, & ejus effigies pictura expreſſa à Jotto Florentino, quæ adhuc viſitur in Baſilica Lateranenſi, nec non ſimulacrum marmoreum ſupra portam Urbevetanæ Civitatis poſitum ab ejuſdem Urbis Civibus an-

ann. 1296, unam tantùm coronam proferant. Immo, & illud Benedicti XI ejus ſucceſſoris in Eccleſia Fratrum Prædicatorum poſitum, quod unum tantùm in Tiara circulum deſignat.

III.

JOHES PAPA XXII. COMES VENASINI. Pontifex in ſede, Leonis imagine utrimque exornata, dexteram ad benedicendum extendit, ſiniſtra crucem tenet.

Crux in area, & in gyro ✠ AGIM. TIBI GRA. OMNIPOTENS DEUS.

Imitari forſan voluit Johannes Clementem V, qui hæc eadem verba nummis inſcribi juſſit, ad agendas Deo gratias cum è ſummo vitæ diſcrimine incolumis evaſit, ita, & ipſe poſt quam Petrus de Corbario pſeudo-Pontifex, qui Nicolaus V. dici voluerat ad veri Pontificis pedes ſupplex, malè ſuſcepta, inanique dignitate ſe ſpoliavit.

IV.

PP. JOHANNES. *Papa Johannes*, ac ſupra parva Roſa. Pontifex ſedens, ac benedicens, ſiniſtra haſtam tenet, in cujus apice Crux.

✠ Ad latus parva Roſa, & SALVE SCA CRUX. *Salve Sancta Crux*.

V.

✠ JOES PAPA XXII. binæ claves erectæ

✠ PATRIM. DIV. PE. *Patrimonium Divi Petri*, Crux in area


VI.


✠ PP. JOHANNES Crux in medio.

✠ VIGESIMU. SEC., in medio DUS. *Vigeſimus ſecundus*.

BENEDICTUS XII.

JACOBVS FVRNERIVS APPAMIENSIS ELECTVS XVI. KAL. IANVARII MCCCXXXIV. OBIIT VII. KAL. MAII MCCCXLII.





I.

✠ PP. BENEDIT. XII. *Papa Benedictus XII.*, in medio Crux.

✠ PATRIM. S. PETRI *Patrimonium S. Petri*, in medio duæ claves pendentes.

II.

BENEDITUS. *Benedictus*, Pontifex ſedens pontificia veſte indutus, dexteram elevat ad benedicendum, ſiniſtra crucem tenet, & caput coopertum habet tiara, quam Regnum vocant.

✠ PP. DUODECIMO *Papa Duodecimo*, in area Crux.

Hic iterum à nobis ſermo eſt inſtituendus de Tiara pontificia, quam binis tantùm coronis exornatam fuiſſe uſque ad Johannis XXII. tempora ſuperiùs diximus. Porrò tertiam Coronam addidit Benedictus hic, dè quo loquimur, ut apertè patet ex marmoreo ſimulacro in principe Avenionenſis Urbis Eccleſia ad ejus ſepulcrum temporis diuturnitate conſumptum, olim poſito, quod in ſacello *Sartorum* nuncupato, nunc etiam ſupereſt, atque ab Eccleſiæ ejuſdem Canonicorum Collegio ad retinendam optimi Pontificis memoriam, marmoreæ baſi ſuperimpoſitum adhuc religiosè ſervatur, ut humaniſſimis litteris Avenione datis, conſultus me docuit Illm̃us Præſul de la Baume Epiſcopus Halicarnaſſenſis, Avenionenſis Eccleſiæ Præpoſitus,

Vir

Vir doctrina, & pietate clarus, quem honoris cauſa hic nomino.

Auctor eſt autem jam commemoratus Antonius Stephanus Carthariu s in Prodromo gentilitio, Benedictum XII. tertiam illam coronam Regno Pontificio addidiſſe, poſt quam anno 1336. percelebrem illam Conſtitutionem edidit, quæ ſtatuit ab omnibus Orthodoxis credendum, animas corporis nexu ſolutas, omnique labe puras, claro Dei intuitu, ante extremum hominum, Angelorumque judicium, frui. Quare, ſi quæ marmorea ſimulacra, vel gentilitia ſtemmata, aut pictæ imagines hodieque ſuperſint, in quibus Tiara ſit triplici corona redimita, ut viſitur in monumentis Urbani III., & Peruſii aliorum Pontificum, qui ante Benedictum vixere, ea omnia, vel recentius facta, vel ad poſterioris ævi ſimilitudinem reſtaurata ſunt. Et ita certo certius dicendum de veneranda S. Silveſtri pontificia Tiara, quam Avenione delatam, ac in Vaticano templo reconditam Eugenius IV. die 12 Februarii 1447 ad Lateranenſem Baſilicam ſolemni pompa tranſtulit; hanc enim tribus coronis ornatam fuiſſe aſſerit oculatus teſtis Stephanus Infeſſura in Commentario Italico, quod ipſe inſcripſit *Diaria rerum Romanarum* paucis ab hinc annis edito à Jo: Georgio Ekcardo in collectione Scriptorum me-


medii ævi; Scriptor autem hic aſſerit Eugenium tranſtuliſſe *lo Regno de S. Silveſtro, cioè corone tre d'oro, l'una ſopra dell'altra, lo quale donò Coſtantino allo detto Santo Silveſtro*; ideſt *S. Silveſtri Tiaram, ſeu Regnum, (coronas ſcilicet tres aureas, quarum una ſupereminet alteram), quod Conſtantinus dono dedit dicto Sancto Silveſtro*. Pro certo autem habendum eſt Tiaram illam auream, quæ omnibus conſpicienda deferebatur recenter conflatam, illique veterem S. Silveſtri Tiaram incluſam fuiſſe. De miſtica Tiaræ hujuſmodi ſignificatione pluribus diſſeruere, Paſchalius de Coronis lib. 19. cap. 27., & Antonius Stephanus Cartharius ſupralaudatus pag. 216., quos Lector adire poterit.



CLE-

CLEMENS VI.

PETRVS ROGERIVS LEMOVICENSIS
ELECTVS
NONIS MAII MCCCXLII.
OBIIT
VIII. IDVS DECEMBR. MCCCL.II.



I.

CLEMS PP. SEST. *Clemens Papa Sextus*, duæ parvæ claves decuſſatæ, & in area interioris cir-

circuli Pontificis protomes ſolemni pontificali veſte induti (ſicut etiam in ſequentibus nummis) qui ſiniſtra crucem tenet, dextera verò ad benedictionem impartiendam extendit. Externus, ad oram, denarii gyrus, ornatus eſt floſculis, aut ſtellis.

✠ COMES VENESI. *Comes Venaiſſinus*, duæ parvæ claves decuſſatæ, & Roſa cum inſcriptione in minori circulo, in cujus medio Crux eſt; in altero majori ✠ AGIMUS TIBI GRAS. OMNIPOTENS DEUS. *Agimus tibi gratias Omnipotens Deus*.

Et ſi Clemens in denario, Comes Venaiſſinus tantùm inſcriptus ſit, ipſe tamen Apoſtolicam Sedem Avenionenſis Urbis, & Regionis, quæ ex ea pendet, ditione auxit anno Chriſti 1348, magna auri vi à Johanna Regina empta, de qua re fuſius à nobis agendum putamus. Johanna Roberti Siciliæ Regis ex Carolo ejus filio, & Calabriæ Principe (Johannem hunc plerique Scriptores perperam vocarunt, ut monuit Stephanus Baluzius in notis ad vit. Pap. Aven. tom.1. col.859) neptis, poſt Avi mortem, in Regno ſucceſſit, & Andreæ Ludovici Regis Hungariæ fratri nuptui tradita eſt; verùm cum Johanna, non eſſet iis, qui Reginam decent, honeſtis moribus prædita, infelix ille maritus, vel conjugis juſſu, vel aſſenſu, in Averſana Civitate laqueo necatus eſt, ipſaque anno

eodem Ludovico Philippi Principiſ Tarentini, qui Roberti Regis frater erat, filio nupſit, ſolutis, Pontificis indulgentia, Eccleſiaſticis de conſanguinitate legibus. Cum autem Ludovicus Hungariæ Rex, fratris mortem ulturus, Regni Neapolitani partem occupaſſet, Johanna ejus iram fugiens, Avenionem, quò jam Ludovicus ejuſdem vir advenerat, ad Clementem confugit, cumque pecuniæ inopia premeretur ad avitum regnum recuperandum, aſſentiente etiam Ludovico viro, Avenionenſem Urbem, & Regionem circumpoſitam octuaginta millium aureorum Florenorum de Florentia pretio Clementi Pontifici, & Apoſtolicæ Sedi vendidit, atque hæc pecunia, immenſam eo tempore ſummam conficiens, Clementi, ex indictis Sacerdotiorum Provinciæ decimis, gemmiſque Pontificiis oppignoratis, obvenit, ut refert Raynaldus Annal. Eccl. Tom. 16 ad ann. 1348. num. 12. Integræ venditionis hujus Inſtrumenti tabulæ extant apud Sebaſtianum Fantonum Caſtruccium in hiſtoria Italica Civitatis Avenionenſis lib. 2. cap. 5. pag. 220. num. 22.

Sed, cum urbs illa beneficiaria Romani Imperii eſſet, Pontifex à Carolo IV. Romanorum Rege obtinuit, ut hic eamdem Urbem, regionemque ab Imperii jure omnino divulſam, in poſterum in ſupremum Romanorum Pontificum,

cum, Apoſtolicæque Sedis jus cederet, ut legere eſt in Cæſareo ampliſſimo Diplomate Gorlitzii dato Kal. Novembris ejuſdem anni 1348, quod refert Franciſcus Noguierius de Epiſcopis Avenionenſibus & Caſtruccius lib. 2. cap. 5. num. 24. pag. 227. His accedunt alii hiſtorici coævi, qui paria teſtantur; quamobrem jure optimo aſſerit Franciſcus Pagius Jun. in vita Clementis Papæ Sexti pag. 93. falli eos, qui alio pretio, quam ſupra enunciato, venditionem factam dicunt, aut hanc fictam, ſimulatamque fuiſſe contendunt, vel rem peractam Johannæ Reginæ donatione; nam ipſa certo certius dicta pecunia conductis decem liguſticis triremibus, & mille, ac ducentis equitibus germanicis, Wernero Duce, in Regnum Neapolitanum, una cum Ludovico viro, rediit, illudque, ejectis Hungaris, recuperavit.

Repetitur in hoc nummo idem lemma, quod in denariis Clementis V., & Johannis XXII. legitur. *Agimus tibi gratias Omnipotens Deus*. Si quis autem hoc dictum putaverit ob exactum Romana Urbe Nicolaum Laurentii, qui ejuſdem dominium invaſerat, à vero fortaſſe non aberrare arbitramur.

II.

Parva Roſa CLEMENS inde Roſa PP., altera Roſa SEXTUS Pontifex ſedens pontificio habitu

indutus dextera benedicit, & ſiniſtra crucem gerit.

✠ ac utrimque parvæ Roſæ SANTUS PETRUS, ET PAL. *Sanctus Petrus, & Paulus*, in medio claves decuſſatæ, alligatæque.


III.


CLEMS PP. SEXTS *Clemens Papa Sextus* Pontifex ſedens, ut in ſuperiore nummo

✠ SANTS PETRUS *Sanctus Petrus*, in medio crux, & ad laterum areas octo parvæ claves decuſſatæ.

INNOCENTIUS VI.

STEPHANVS ALBERTI LEMOVICENSIS
ELECTVS
XV KAL. IANVARII MCCCLII.
OBIIT
PRIDIE IDVS SEPTEMBRIS MCCCLXII.





✠ IN-

I.

✠ INNOCENTIUS PP. SEXTUS. Tiara Pontificia triplici corona exornata, & infra binæ claves decuſſatæ, alligatæque.

SANTUS PETRUS. *Sanctus Petrus*. Imago S. Petri ſedentis in cathedra ei ſimilis, quæ adhuc religiosè ſervatur in Sacroſancta Baſilica Vaticana, ac pontificia veſte induti cum nimbo. Siniſtra librum tenet, dextera claves erigit, in ſuperiori nummi parte, ſupra dextrum imaginis humerum, parva Tiara viſitur pontificia, triplici corona exornata, teniis utrimque pendentibus.

In hoc aureo nummo primùm occurrit Tiara ſuperpoſita clavibus, quæ ſuperiori gentilitii ſtemmatis Pontificum parti ea de cauſa, ut opinor, apponi conſuevit; illa enim coronæ loco eſt, non ad faſtus oſtentationem, ſed ad ſignificandum illum, cujus vices in terris gerunt; claves autem ad deſignandam poteſtatem à Deo ipſis traditam: de his fusè tractant hi, qui de Eccleſiaſticis Ritibus agunt.

II.

INNOCEN. PP. SEXTUS *Innocentius Papa Sextus*. Pontifex ſedens, ut in ſuperioribus nummis

✠ SANTUS PETRUS. *Sanctus Petrus* Crux nummi aream dividens, & ad unumquodque latus parvæ claves decuſſatæ

UR-

URBANUS V.

GVILLELMVS DE GRISACO MIMATENSIS
ELECTVS
V. KAL. NOVEMBRIS MCCCLXII.
OBIIT
XIV. KAL. IANVARII MCCCLXXI.

I.


URBANUS PP. QUNTUS, *Urbanus Papa Quintus*. Pontifex ſedens, pontificia veſte indutus, dextera manu populo benedicit, ſiniſtra crucem tenet.

✠ Utrimque parvæ claves. FACTA IN ROMA. Duæ claves decuſſatæ, alligatæque integram aream occupantes.

Nummus hic Romæ percuſſus fuit; Urbanus enim, vix ad ſummum Pontificiæ dignitatis faſtigium evectus fuerat, vir morum ſanctitate conſpicuus, cum Romam petere conſtituit, conſiliumque ſuum aperuit legatis à Senatu, Populoque Romano ad hoc miſſis, ut liquet ex Epiſtola ejuſdem Avenione data x. Kal. Junii anno primo, ideſt 1363, quam refert Raynaldus ad d. annum num.7., quamobrem memoria lapſus videtur Eccleſiæ Bonnenſis Canonicus, qui ſecundam Urbani vitam ſcripſit, apud Baluzium in Vit. Pap. Aven. Tom. I. col. 402. aſſerit enim Avenionem ingreſſos Romanorum


le-

TAB. I P. 70



UNIV. OF MICH.

TAB. II P. 90



UNIV. OF MICH.

legatos menſe Majo anni 1364, qui erat Pontificatus Urbani annus ſecundus, niſi fortè putandum ſit, alios eo anno Roma legatos miſſos, alioſque deinde anno 1365 ad maturandum Pontificis adventum, ut apparet ex prima Urbani Vita apud Baluzium col. 370., quibus Pontifex certam profectionis ſuæ ſpem injecit, ut conſtat ex litteris datis IX. Kal. Decembr. anno quarto apud Raynaldum ad d. annum num. 9., Profectionem autem diſtulit Urbanus variis ex cauſis, uſque ad annum 1367, quo Avenione in Italiam iter ſuſcepit, reluctantibus Carolo Galliarum Rege, Cardinalibus, & aulicis omnibus, varia impedimenta interſerentibus, ut teſtatur Franciſcus Petrarcha rerum ſenilium lib. 9. Epiſt. 1.; & profecto cum Maſſiliam veniſſet, recuſabant Cardinales, qui ferè omnes Galli erant, eum ſequi; verùm Pontifex: *Statim ibidem duos ordinavit Cardinales, aſſerens, quod in capillo Capucii ſui ſufficientes habebat Cardinales; unde Cardinales ejus conſtantiam videntes, ſuam audaciam prius habitam mutaverunt in timorem, & ſequuti ſunt eum*: ut legitur in tertia Vita apud Baluzium col. 415. Mare igitur ingreſſus ad Corneti oram appulit, quò *venere ſolemnes Nuntii Romanorum, pro eorum parte plenum dominium Urbis offerentes, & claves Caſtri S. Angeli per eos prius detenti, ſecum ferentes*, in prima vita

Ur-

Urbani apud Baluzium col. 378, deinde *Viterbio recedens die* XVI. *menſis Octobris Romam intravit, occurrentibus ſibi Clero, & Populo Romano ipſum ſolemniter recipientibus cum magno gaudio, & Deum laudantibus de jucundo adventu ſuo*. Poſt annum ergo 1367, quò Urbanus Romam venit, cuſus eſt primus hic nummus, uti etiam quintus, & ſextus. Lemma autem illud, quod in primo denario legitur *facta in Roma*, ideſt *Moneta Romæ percuſſa* italicum prorſus eſt, ac ea lingua exaratum, quæ vulgò Romæ tunc temporis uſurpabatur, licèt prima vox latina videatur; non enim adhuc universa Italorum conſenſione, ea, qua nunc ſcribimus, lingua, quæque Italica dicitur, recepta erat; quin imo elegantior putabatur, qui magis latinam, quam Italicam linguam calleret, ut ex pluribus doctorum virorum ſcriptis Operibus, tàm ſoluta, quàm vincta oratione, qui Sæculis XIV, & XV. floruere, apparet; donec XVI. Sæculo de recto Italicæ, communiſque linguæ uſu præcepta tradita ſunt omnium conſenſu probata. Sed, ut ad Urbanum redeamus, hic anno 1370 Avenionem repetere voluit, cauſam pretexens redintegrandæ inter Galliæ, Angliæque Reges pacis, ſeu uti ſcribit Petrarcha rerum ſenilium lib. 3. Epiſt. 13 nonnullorum Cardinalium, & Aulicorum ſuaſionibus permotus, qui Gallicis deliciis aſſueti,

Ec-

Eccleſiæ dignitatem parvi faciebant. Cæteri, quos in tabula nummos exhibemus, Avenione, priuſquam Romam Urbanus veniſſet, cuſi ſunt, nam poſt reditum, ea in Urbe, nedum tres menſes vixit.

II.

URBANUS PP. QUNTUS. *Urbanus Papa Quintus*. Pontifex ſedens, ut ſupra

✠ Cum parvis clavibus triplici loco. Item claves in medio, ut in aliter nummo: in gyro SANCTUS PETRUS

III.

URBAN. PP. QUNTS. *Urbanus Papa Quintus*. Pontifex ſedens, ut ſupra.

✠ Duæque parvæ claves decuſſatæ. SANTUS, ſequuntur duæ claves decuſſatæ. PETRUS. in medio Crux, & parvæ claves decuſſatæ ad quatuor latera.

IV.

Duæ parvæ claves, ut ſupra URBANUS QUNTS. *Urbanus Quintus*. In area Mitra cum vittis ex utraque parte pendentibus, & infra V. P.P. Litteræ V. PP. non URBANUS PAPA ſignificant, ſed Papa tantummodo: nam V eſt vocalis, quæ deerat in voce *Quints*, quam idcirco monetarius ſub mitra poſuit. Porrò, ſi id non foret dicendum, vox *Urbanus* in eadem moneta bis habe-

retur; quod nuſquam factum vidimus. Conſule nummum VII.

✠ SANCTUS PETRUS, in medio Crux, & parvæ claves decuſſatæ ad duo latera, & ad alia latera duæ Mitræ.

V.

URB. PP. QNTS. *Vrbanus Papa Quintus*. Pontificis protomes.

✠ IN ROMA in gyro. in area quatuor litteræ ſcilicet V. R. B. I.

VI.

URB. PP. QUITS *Vrbanus Papa Quintus*. Pontificis protomes, ut ſupra

✠ S. PET., ET PAL. *Sanctus Petrus, & Paulus.* in medio V. R. B. I. ut ſupra.

VII.


Duæ claves decuſſatæ URB. PP. QNTS. *Vrbanus Papa Quintus*, in medio Mitra, ut in quarto nummo.


✠ SANT. PET. E PAL. *Sanctus Petrus, & Paulus*. in area Crux, atque ad duo latera binæ parvæ claves decuſſatæ.


GRE-

GREGORIUS XI.

PETRVS ROGERIVS LEMOVICENSIS
ELECTVS
II. KAL. IANVARII MCCCLXXI.
OBIIT
VI. KAL. APRILIS MCCCLXXVIII.







I.

GREGORUS PP. UNDEC. *Gregorius Papa Undecimus*. Pontifex ſedens pontificia veſte indutus, dextera benedicit, ſiniſtra crucem tenet.

✠, & utrimque parvæ claves decuſſatæ. SANCTUS PETRUS, & inter has duas voces, parvæ claves, ut ſupra; in nummi area duæ claves majores item decuſſatæ, alligatæque.

II.

GG. PP. UND. *Gregorius Papa Undecimus*. Pontificis imago pectore tenus, quæ caput habet Tiara exornatum.

✠ Ad cujus latera duæ parvæ Roſæ cum lemmate IN ROMA: in medio V. R. B. I.

III.

GG. PP. UND. *Gregorius Papa Undecimus*. Imago, ut ſupra, parva Roſa, & inde corona.


✠ In margine IN ROMA; in medio V.R.B.I.

Primus nummus Avenione percuſſus videtur, ſimilis enim eſt aliis ſuperius allatis: ea in Urbe Gregorius moram traxit uſque ad diem XIII. Septembris MCCCLXXVI., qua Avenione receſſit, & Maſſilia ſolvens, per Tiberim triremi vectus, ad Baſilicam S. Pauli deſcendit, & die XVII. Januarii MCCCLXXVII. Romam ingreſſus eſt, equitans à S. Pauli Baſilica ad S. Petrum, ut in prima vita ejuſdem Pontificis apud Baluzium in vit. Pap. Aven. Tom. 1. Col. 438. Roſæ, quæ vi-

viſuntur in ſecundo, & tertio nummo, an ornamenti tantum, an verò alia ex cauſa ab artifice inſculptæ fuerint, incertum eſt, & fortè ſpectare ad gentilitium Pontificis ſtemma etiam poſſent, in quo tres roſæ in inferiori parte ſoli, quod faſcia dextrorſum ſectum eſt, viſuntur, aliæque tres in ſuperiori. In tertii nummi adverſa parte, in apice corona eſt, quæ forma ad muralem veterum Romanorum accedit, & fortaſsè nota eſt peculiaris Præfecti monetalis, vel Urbem ipſam indicat.

URBANUS VI.

BARTHOLOMEVS PRIGNIANVS NEAPOLITANVS
ELECTVS
V. IDVS APRILIS MCCCLXXVIII.
OBIIT
IDIB. OCTOBRIS MCCCLXXXIX.



URBANUS PP. SEXTUS: Pontifex ſedens, dextera benedicit, ſiniſtra crucem tenet.

✠ SANCTUS PETRUS. Crux ad nummi oram ſe-


ferè extenſa, in area ad quatuor angulos claves decuſſatæ.

Denarium, quem exhibemus delineatum, nobiſcum communicavit amicus noſter, dum vixit, Xaverius Scilla; ejus imaginem invenerat inter ſchedas Hiacynti Lilii, ut ipſe etiam innuit in notitia nummorum Pontific. pag. XVII., & CCIV. Lilius autem fuit patriæ hiſtoriæ ſcientiſſimus, & hujuſmodi reliquiarum inferioris ævi ſedulus perſcrutator, ut monuit Eques Proſper Mandoſius de Scriptoribus Romanis Tom. 1 Centuria 2. num. 98. pag. 136.

Denarium verò ipſum nondum vidimus, nec apud aliquem extare novimus. Turbulentiſſima autem illorum temporum conditio Urbano Pontifici monetam cudendi ſpatium non dedit; etenim inter tumultuantium Romanorum voces electus, vix ſummum pontificatum ipſe fuerat aſſequutus, cum deficientibus Cardinalibus gallicis, ac illius electionem uti per vim factam falsò improbantibus, Pſeudopontificem in Fundana Urbe elegere, immiſſis paulo poſt in illum, Romanoſque, Britonum, & Vaſconum copiis; vexatus inſuper à militibus ex Adriana arce ab Adverſariis retenta, pontificiis Palatii Vaticani ædibus relictis, ad S. Mariæ in Tranſtiberim templum ſecedere coactus eſt: deinde Tybur petiit, ac ob diſſenſiones

cum

cum Johanna Siciliæ citra Pharum Regina, Regni eam jure privavit, quod tranſtulit in Carolum Dyrrachinum Principem, qui eo potitus eſt. Neapolim Urbanus profectus, bis ab ingrato Principe in cuſtodia detentus, poſtea Nuceriæ obſeſſus, Raimundo Baucio Urſino opem ferente, demum evaſit, conſcenſaque Januenſi Triremi, Januam appulit, deinde Lucam, & Peruſium ſe contulit, ac poſtremò Romam, ubi obiit pontificatus ſui infeliciter acti, anno undecimo.



Nummus fortè cuſus Apoſtolica Sede, poſt Urbani V. obitum, vacante anno Chriſti MCCCLXX. Parvæ claves decuſſatæ SEDE VACANTE, in area Mitra cum triplici corona, pendentibus vittis.


✠ SANCTUS PETRUS. In medio Crux, ad cujus duo latera binæ parvæ claves, ad alia, duæ parvæ mitræ.

Xaverius Scilla, in libro italica lingua conſcripto, quem edidit cum hoc titulo: *Breve no-*

notizia delle monete Pontificie pag. 203, hunc nummum poſt Urbani V. mortem percuſſum putavit; ſimillimus enim eſt alteri ejuſdem Pontificis, quem in ſuperiore tabula exhibuimus num. IV., nec hujuſmodi formæ alius apparet in denariis Pontificum, qui, vel ante Urbanum, vel poſt ipſum fuere; at illud negocium faceſſit, quod nempe poſt Urbani obitum decem tantùm diebus Apoſtolica Sedes vacaverit, quo brevi temporis ſpatio, vix typus inſculpi poterat; verum dubium hoc removetur, ſi dicamus typum hunc vivente adhuc Urbano inciſum fuiſſe in area adverſæ partis, deficientibus tantum litteris in ambitu; quare aliqua neceſſitate, novam cudendi monetam urgente, exorta fortè ex eo, quod Avenione abſuerat Pontifex, additæ litteræ fuerint veteri averſæ partis typo, ut expeditius moneta cudi poſſet.

CLE-

UNIV. OF MICH.


I
AV
II
AV
III
AR
IV
AR

CLEMENS VII.

ROBERTVS EX COMITIBVS GEBENNENSIBVS
ELECTVS
IN SCHISMATE ADVERSVS VRBANVM VI.
XIII. KAL. OCTOBRIS MCCCLXXVIII.
OBIIT
XVI. KAL. OCTOBRIS MCCCLXXXXIV.

I.

✠ CLEMENS PP. SEPTMS *Clemens Papa Septimus*: in area Tiara Pontificia, triplici corona, ac teniis pendentibus, ornata. Utrinque claves decuſſatæ.

✠ SANCTUS PETRUS, ET PAULUS. in medio claves cancellatim diſpoſitæ, alligatæque

II.

CLEMENS PP. SETIUS. *Clemens Papa Septimus*; in area Tiara pontificia, ut ſupra, gentilitio ſtemmati orbiculato, ac quatuor lineolis ſecto impoſita.

S. PETRUS APOSTOLUS. *S. Petrus* pontificia veſte indutus, ac ſedens, qui dextera clavem gerit.

Gregorio XI. defuncto, cum pro novo Pontifice eligendo, Cardinales, qui treſdecim numero erant, diſpoſito jam conclavi, in Vaticanas ædes conveniſſent, à Clero, Populoque Romano rogati fuere, ut Italum eligere Ponti-

 ficem

ficem vellent: verebantur enim, ne, ſi è gallica natione aliquis crearetur, denuò trans alpes Apoſtolicam Sedem traduceret. Hæc primùm placidè, & rogantium more acta ſunt, poſtmodum verò Romanus Populus turbidis, ac minacibus vocibus, eadem petiit, ac deinde, ut Romanus tantum eligeretur, inclamavit. Quatuor tunc temporis erant Cardinales Itali, & ex his duo Romani, reliqui Galli; verùm, cum inter Gallicos orta fuiſſet diſſenſio, Cardinalium omnium ſuffragiis Pontificia dignitas delata eſt Bartholomeo Prignano Archiepiſcopo Barenſi Neapolitano, qui Urbanus appellari voluit. Cardinales, ut tuto evadere a furentis populi manibus poſſent, electum fuiſſe Pontificem Cardinalem de Tebaldeſchis evulgavere, qui Romanus erat; ut vero, quod actum fuerat, patuit, novus Pontifex ſolemni pompa ad Vaticanæ Baſilicæ fores à Cardinalibus tiara Pontificia redimitus fuit, deinde per Urbem, nemine reclamante, ad Sacroſanctam Lateranenſem Eccleſiam perductus eſt. Verùm, cum Urbanus, acrioris ingenii vir, collapſos Eccleſiaſticorum hominum mores reſtituere, & corrigere in melius vellet, Cardinalium, gallicorum præſertim, animos à ſe abalienavit. Quamobrem ipſi Fundana in Urbe Robertum Cardinalem Gebennenſem in Pſeudo-Pontificem elegere,
cau-

cauſantes canonicam Urbani electionem, tanquam minis, ac vi extortam; Clemens autem, ita enim Robertus vocari voluit, Avenionem petiit, unde initium ſchiſmati datum, quod Dei Eccleſiam diù funeſtavit. Vide Raynaldum pluribus hæc referentem ad annum Chriſti MCCCLXXVIII. num. LVI. & ſeqq.

Aurei duo priores denarii Avenione cuſi ſunt: in ſecundo pſeudopontificis gentilitium ſtemma viſitur (quod in nummis nunc primùm occurrit) ad oſtentandam, ut opinor, paterni generis nobilitatem; ipſe enim Gebennenſis Comitis frater erat, ut legitur in prima ejuſdem Vita apud Baluzium Vit. Pap. Aven. Tom. I. Col. CCCCLXXXVI.

Priorem hujus nummi partem deſcribens Xaverius Scilla in Notitia Monetæ Pontif. italicè conſcripta pag. CCIV., cum fortè in detritum nummum incidiſſet, S. Petrum ſedentem, elatam habere ad benedicendum dexteram ſcripſit; nos autem integrum, ac ferè aſperum nummum vidimus, ac tractavimus; in quo S. Petrus dextera clavem, & ſanè majoris, quam opus eſſet, formæ, tenet, ſiniſtra verò volumen gerit. Unicæ clavis ſymbolo, ſatis à Domino traditam Divo Petro poteſtatem indicari, putaverunt veteres, ut aſſerit Nicolaus Alemannus de Parietinis Lateranenſibus cap. X. pag. LXXXV.

idemque cap. IX. pag. LXVIII. marmor refert, Ticini in Baſilica S. Michaelis aſſervatum, in quo inſculptus eſt Chriſtus Dominus unicam clavem S. Petro tradens.

III.

CLEMENS PP. SETIUS *Clemens Papa Septimus*. Pontifex ſedens, pontificia veſte indutus, qui dextera benedicit, & ſiniſtra crucem tenet.

✠, & utrinque claves parvæ decuſſatæ, uti etiam in inferiore gyri parte, cum inſcriptione SANCTUS PETRUS. Nummi aream geminæ claves majores decuſſatæ, ac alligatæ, occupant.


IV.

CLEMENS PP. SEPTIMUS Pontifex ſedens, ut ſupra in nummis II. & III.


✠ SANCTUS PETRUS, ET PAULUS. Binæ claves, ut ſupra, in medio ejuſdem.

Nummi hi, ad exemplum aliorum à ſuperioribus veris Pontificibus Avenione cuſorum, à Clemente Pſeudopontifice percuſſi ſunt.

BO-



UNIV. OF MICH.


I
Æ
II
Æ
III
Æ
IV
Æ
V
Æ

BONIFACIUS IX.

PETRVS THOMACELLVS NEAPOLITANVS ELECTVS IV. NON. NOVEMBR. MCCCLXXXIX. OBIIT KAL. OCTOBR. MCCCCIV.

I.

BONIFAT. PP. NONUS *Boniſacius Papa Nonus*. Pontifex ſedens, dextera benedicit, ſiniſtra crucem tenet.

✠, & utrinque parvæ Roſæ cum inſcriptione SANCTUS PETRUS, quæ binis decuſſatis clavibus interſecatur; ad crucis latus T. viſitur, quod incudinis formam præſefert: & fortè monetarii ſignum eſt: aream binæ claves decuſſatæ, alligatæque occupant.

II.

BONIFAT. PP. NONUS *Boniſacius Papa Nonus*. & parva Roſa. Pontifex ſedet, ut ſupra.

✠ Utrinque Roſæ. SANCTUS PETRUS, ac geminæ claves decuſſatæ, in fine ambitus. Ad crucis dexteram hominis caput crinibus vel in nodum collectis, vel vitta redimitis, quod monetarii ſignum eſſe, ex ſuperiori nummo conjicio. In area claves, ut ſupra.

Utriuſque nummi typus ad exemplum eorum, qui à ſuperioribus Pontificibus Avenione cuſi

cuſi fuere, effictus fuit; ſed Romæ nè, an alia in Urbe Pontificiæ ditionis, prorſus ignoro: percuſſos tamen hujuſmodi denarios Avenione non fuiſſe, certum eſt, ibi namque moram trahebat Clemens VII. Pſeudopontifex jam ab anno Chriſti MCCCLXXIX., ut legitur in prima ejuſdem Vita apud Baluzium Tom. I. Pap Aven. Col. CCCCVC. atque ea in Urbe pro vero Pontifice habebatur à Carolo VI Galliarum Rege, traxeratque in ſuas partes Petrum Aragoniæ, & Johannem Caſtellæ Reges.

III.

BONIFAT. PP. N. *Bonifacius Papa Nonus*. Pontificis protomes, & utrinque parvæ Roſæ.

✠ Et Roſæ, ut ſupra, cum inſcriptione IN ROMA. In area verò V. R. B. I. nempè URBE

Hic nummus Romæ percuſſus eſt, ut in margine legitur. Porrò Bonifacius, Pontificatus initio, Romanæ Urbis imperio integrè potiebatur, teſte Gobellino in Coſmodromio Æt. VI. Cap. LXXXI.

IV.

B. PP. NONUS. *Bonifacius Papa Nonus*; in medio tiara tribus coronis, ac teniis pendentibus ornata.

✠ DE FIRMO: in area Crux.

Cum Bonifacius Pontifex Andream Thomacellum germanum fratrem Piceni Rectorem con-

conſtituiſſet, ut eam provinciam adverſus Clementis Pſeudopontificis Sectatorum machinationes tueretur, Firmani cives, præ aliis, fidelem operam Andreæ præſtitere; quamobrem Pontifex eidem Urbi indulſit, uti teſtatur Franciſcus Adamus de rebus geſtis in Civitate Firmana lib. I. fol. LIV. pag. II. *Merum, & mixtum imperium, ac facultatem in temporalibus per annos duodecim, tum in Comitatu, quàm in Oppidis fidei ſuæ commiſſis, exigendi omnia tributa ad Romanam Eccleſiam pertinentia in uſum publicum Civitatis convertenda*, ſignatumque Pontificium diploma fuit Peruſii Idibus Maii Pontificatus ejus Anno IV., ideſt MCCCXCIII., cuſos igitur eo tempore eadem in Urbe hoſce denarios fuiſſe ab Andrea Thomacello Bonifacii Papæ germano, vel à Firmana urbe putandum eſt; ut ex ſequenti denario palam fiet.

V.

PP. B. NONUS *Papa Bonifacius Nonus*. Protomes Pontificis, dextra Crucem gerentis.

✠ DE MACERATA in medio A. gothico, uti ajunt, charactere efficta; ſupra, & ad latera ejuſdem quidam globuli, ſive puncta viſuntur.

Maceratæ, uni ex præcipuis Piceni Urbibus, à Bonifacio Pontifice facultas conceſſa fuit anno Chriſti MCCCXCII. *cudendi, ſive cudi faciendi monetas*, ſcripto, ſignatoque Romæ diplomate

te VIII. Idus Jun. Pontificatus ejus anno III. cum ejuſdem Urbis Prætor eſſet (hunc Poteſtatem vocabant) Paulus de Stuffolo, à quo actum eſt cum monetalibus adminiſtris de Urbicariis nummorum ſymbolis typo inſculpendis, ut refert Pompejus Compagnonus in illius Civitatis Hiſtoria, italicè conſcripta (cujus titulus Regia Picena) part. I. lib. V. pag. CCLV.

BENEDICTUS XIII.

PETRVS DE LVNA ARACONENSIS

ELECTVS

PSEVDOPONTIFEX

IN SCHISMATE ADVERSVS BONIFACIVM IX.

IV. KAL. OCTOBR. MCCCXCIV.

EXAVCTORATVS IN CONCILIO PISANO

VI. IVNII MCCCCIX.


ITEMQ. IN CONCILIO CONSTANTIENSI


SESSIONE XXXVII.

XXVI. IVLII MCCCCXVII.

OBIIT

MENSE SEPTEMBR. MCCCCXXIII.





I.

BENEDET. PP. TRDEM. *Benedictus Papa Tertius decimus*. Pontifex ſedens, qui elata dextera benedicit, ſiniſtra verò crucem tenet.

✠ SANTUS PETRUS, ET PAULUS: in medio duæ claves decuſſatæ, & colligatæ.

II.


BENEDTUS PP. TRDEMUS. Pontifex ſedens, ut ſupra.

✠ SANTUS PETRUS, ET PAULUS. in area claves, ut ſupra.

Denarii, quos proferimus Avenione cuſi fuere inter annum MCCCXCIV., quo improbè delatam ſibi dignitatem temerè ſuſcepit Benedictus, & annum MCCCCI., quo in Palatio Avenionenſi ab illius Urbis Civibus in cuſtodia habitus

 eſt;

eſt; cum enim anno Chriſti MCCCXCV. die 1. Menſis Junii, ut habetur apud Baluzium Tom. 1. Vit. Papar. Aven. Col. 471. *In Villa nova omnes DD. Cardinales prædicti, uno excepto, ſcilicet Pampilonenſi, in præſentia DD. Ducum Bituricenſis, Burgundiæ, & Aurelianenſis reputaſſent viam ceſſionis D. Papæ, & ſui adverſarii meliorem, breviorem, faciliorem pro unione aſſequenda, & magis ſedativam conſcientiarum*, ipſeque Benedictus ſententiam hanc jam approbaſſet, ac pluries hoc ſe facturum pollicitus eſſet, evulgatis etiam ſolemnibus litteris, vir maximè ambitioſus, poſtmodum adduci non potuit, ut, quæ ſcripſerat, executioni demandaret, quin imo anno MCCCCIII. parata Gallorum, ſeu Aragonum ope Scapha, ex Avenionenſi cuſtodia per Rhodanum evaſit, ac Maſſiliam aufugit; cumque jam diſceſſiſſent jure, meritoque ab illius obſequio Galli, ipſe Perpignanum petiit, vocatuſque ad Conſtantienſe Concilium, ibidem, Pontificatus ſupremo munere ſeſe abdicantibus Gregorio XII., & Johanne XXIII., ad dandam Eccleſiæ pacem, ipſe Pontificatus inſignia deponere recuſavit, quamobrem hæreſeos crimine damnatus, execratuſque ab omnibus, in Peniſcolæ Oppidum in Valentiæ Regni peninſula ſito, ſe abdidit, ibique miſerè obiit.


I
AR
II
AR
III
AR
IV
AR

UNIV OF MICH.

INNOCENTIUS VII.

COSMVS MELIORATVS SVLMONENSIS ELECTVS XVI. KAL. NOVEMBR. MCCCCIV. OBIIT VIII. IDVS NOVEMBR. MCCCCVI.

I.

INNOCENTIUS PP. VII. Pontifex ſedens, ac veſte pontificia indutus, qui dextera benedicit, ſiniſtra Crucem tenet.

✠ ac utrinque parvæ Roſæ cum inſcriptione SANCTUS PETRUS, ac duabus parvis clavibus decuſſatis in extrema parte ambitus. Ad dexterum crucis latus viſitur parvum caput religatis ad occiput capillis, quod Monetarii ſignum eſſe adnotavimus; in area claves decuſſatæ, & colligatæ.

II.

INNOCENTIUS PP. VII. Pontifex ſedens, ut ſupra;

✠, & ad latera Roſæ cum Epigraphe SANCTUS PETRUS, ac parvis clavibus decuſſatis; in ſuperiore marginis parte caput, ut ſupra: in medio claves, quibus imminet ſtella, quam ejuſdem Pontificis ſtemma gentilitium indicare, mihi non dubium eſt.

III.

INNOCENTIUS PP. VII. Pontifex ſedens, ut ſupra.

✠ SANCTUS PETRUS S. P. Q. R. in medio claves, & ſtella, ut ſupra.

IV.

INNOCENTIUS PP. VII. Pontifex ſedens, ut ſupra.

✠ SANCTUS PETRUS S. P. Q. R. in medio claves, & ſtella, ut ſupra.

Nunc primùm denarii occurrunt, in quibus Pontificis nomini in averſa parte addatur alterum S. P. Q. R.. Conceſſam olim à Summis Pontificibus Capitolino Magiſtratui facultatem monetam cudendi, jam ſupra monuimus, loquentes de nummis à Romanis Senatoribus percuſſis, & eorum gentilitiis inſignibus ſignatis: ademptam ergo iiſdem hanc facultatem, ac rurſus pro temporum opportunitate ſub Innocentio conceſſam, veroſimillimè putandum eſt. Porro, vix electo Innocentio VII., Romanus Populus turbas, ac ſeditionem excitavit, cumque Romam adveniſſet Ladislaus Siciliæ Rex, compoſita, ipſo Rege interprete, ac ſequeſtro, concordia eſt. Quare multa Romanis ultro conceſſit Innocentius, vir quietis amantiſſimus, ut videre licet in pacis capitulis, quæ refert Raynaldus ad a. MCCCCIV. num. XVI. Eo igitur tempore


re tertium, & quartum denarium cuſum fuiſſe conjicio in ſignum grati erga Pontificem animi. Hic autem, non abs re erit inquirere, quanam in Urbis parte monetaria officina fuerit. Veteres Romanos eam habuiſſe in Capitolino Monte, evincit apertè Livius lib. VI. pag. m. 187. de Manlio loquens: *damnatum, Tribuni de ſaxo Tarpejo dejecerunt, locuſque idem in uno homine, & eximiæ gloriæ monumentum, & pœnæ ultimus fuit, adjectæ mortuo notæ ſunt, publica una, quod, cum domus ejus fuiſſet, ubi nunc ædes, atque officina monetæ eſt, latum ad populum eſt, ne quis patritius in arce, aut Capitolio habitaret*. Vide Nardinum Romæ veteris lib. V. cap. XVI. pag. 318. pars autem illa Capitolini Montis, *qua fert ſublimes alta moneta gradus*, ut cecinit Ovidius lib. I. Faſtorum, erat, ni fallimur, è conſpectu Traumatocomii, & templi B. Mariæ Conſolationis. Inferiore autem ævo à Capitolino Magiſtratu monetaria officina conſtituta fuit ad Capitolii radices propè Severi arcum, cui proximum erat templum SS. Sergii, & Bacchi. *Templum Concordiæ, ubi Eccleſia SS. Sergii, & Bacchi, templum Monetæ prope dictum locum, qui dicitur la Zecca* ſcripſit Nicolaus Signorilis, qui Sæculo XV. ineunte Populi Romani Scribæ munere fungebatur, ac de patria Urbe, ſacriſque eo tempore ædibus, egregium commentarium fecit, ac Martino V adhuc Con-

Conſtantiæ moranti, inſcripſit, quod nondum evulgatum, brevi in lucem emittet ex authographo in Columnenſi Carthophilacio aſſervato, concedente excelſo Principe Fabricio Columna M. Neapol. Regn. Comeſt., Vir ornatiſſimus, ac amicus noſter Franciſcus Cornazzanus, qui nuper Henrici de Avila hiſtoriam elegantiſſimè latinam fecit, nitidiſque typis edidit. Poſtea verò ſublata Senatoribus, ac Triumviris Capitolinis monetæ cudendæ facultate, & cura, ſummiſque Pontificibus unicè reddita (quod circa medium Sæculum XV. factum putamus) monetaria officina è conſpectu Æliæ arcis, ad majorem ſecuritatem, conſtituta fuit, ubi nunc menſa nummularia Noſocomii S. Spiritus in Saxia, itemque publica, ſita eſt; demum ad Vaticani collis radices, propè Pontificios hortos, translata fuit ab Alexandro VII. anno Chriſti MDCLXV. officina, miro ingenio, novaque arte conſtructa, in qua, valido ruentis è ſummo monte aquæ impulſu, verſatæ rotæ, calybeos typos movent, & brevi temporis ſpatio, magnam nummorum, cujuſcumque generis copiam, affabrè ſignant. Nuper verò anno ſcilicet MDCCXXXV: Clemens PP. XII. aliam addidit monetariam officinam in eorum vico, qui precarias corollas vendunt, eodem in Palatio, in quo Sixtus V., in pauperum ſubſidium, Pietatis, uti ajunt, montem locaverat.

GRE-

GREGORIUS XII.

ANGELVS CORRARIVS VENETVS
ELECTVS
IV. NON. DECEMBR. MCCCCVI.
EXAVCTORATVS
IN CONCILIO PISANO
VIII. IDVS JVN: MCCCCIX.,
ET IN CONCILIO CONSTANTIENSI
IV. NON: JVLII MCCCCXV.
PONTIFICATV SE ABDICAVIT.



I.

GREGORIUS PP. XII. Pontifex ſedens, pontificia veſte indutus, qui dextera benedicit, ſiniſtra crucem gerit.

✠ Et utrinque Roſæ cum inſcriptione, SANCTUS PETRUS, ac parvis clavibus decuſſatis. Ad dexterum crucis latus viſitur parvum caput religatis, ac in tergum fluentibus capillis.


Ab eodem monetali, qui ſuperiores denarios cuſit, hic quoque percuſſus apparet ex adi-

dita nummariæ officinæ nota parvi illius capitis. Signatum verò fuiſſe primo Gregorii XII. anno conjicere eſt, quo Romæ morabatur, ſequentibus enim annis, ipſe, auctis ob ſchiſma turbis, per varias Italiæ regiones jactatus, errare coactus eſt Benedicti Pſeudopontificis dolis, & Ladislai Neapolitani Regis perfidia; quare Savonam primùm petiit, deinde Lucam, ubi à Cardinalibus deſertus eſt. Hi Piſas, ad celebrandum Concilium, convenere, ad quod Gregorium vocantes, cum ipſe ire renuiſſet, in eo, Seſſione XV. habita die V. Junii MCCCCIX., pontificia dignitate exutus eſt, quam tamen adhuc retinuit, donec tandem ea ſe abdicavit in Concilio Conſtantienſi Seſſione XIV. die IV. Julii MCCCCXV., vide Labbeum Concil. Tom. XII. col. 103. Edit. Lutet. Pariſ. a. MDCLXXII. Gregorio autem in Concilio Piſano ſuffectus fuit.

ALE-

UNIV. OF MICH.

P. 97



ALEXANDER V.


PETRVS PHILARGVS DE CANDIA

ELECTVS

VI. KAL. JVLII MCCCCIX.

OBIIT

IV. NONAS MAII MCCCCX.



Nullus hujus Pontificis nomine ſignatus nummus, adhuc inventus eſt, nec cuſum fuiſſe putaverim, cum Bononiæ, nondum exacto Pontificatus anno, ſupremum obierit diem, toto Chriſtiano orbe in partes trium Pontificum diviſo.

JOHANNES XXIII.

BALTHASSAR COSSA NEAPOLITANVS

ELECTVS

XVI. KAL. JVNII MCCCCX.

EXAVCTORATVS

IN CONCILIO CONSTANTIENSI

IV. KAL. JVNII MCCCCXV.

I.

JOHES VIGESIMUS TERCIUS. *Johannes Vigeſimus tertius*. Tiara tribus coronis redimita cum pendentibus teniis, ſuperimpoſita ſtemmati gentilitio, in cujus parte ſuperiore areæ, eſt imago humanæ coxendicis, in inferiori tres faſciæ tranſverſim ductæ, ac limbus dentatus.

S PETRUS APOSTOLUS. *S. Petrus* ſtans, qui dextera clavem erectam tenet, ſiniſtra librum.

II.

JOHES PP. VIGESIMUS III. Stemma Pontificis, ut ſupra, ſed Tiara grandior eſt.

✠ SANTUS PETRUS, ET PAULUS. In medio duæ claves decuſſatæ, & alligatæ; ſignum illud, quod, aut ſeptenarium numerum, aut litteram V refert, monetarii ſignum putandum eſt.

Prænobilis Coſſiorum familia ex Ænaria Inſula ortum duxit, uti teſtatur genealogicæ rei peritiſſimus Scipio Ammiratus in opere italicè ſcripto de nobilibus familiis Regni Neapolitani Tom. 1. pag. 83. Quamvis autem non defuerint, qui adulandi ſtudio abrepti, ejuſdem genus ex penitiſſima antiquitate arceſſerent, ab A. Cornelio Coſſo, ſcilicet, qui opima ſpolia de Laerte Tolumnio Veientum Rege retulit, ac Jovi Feretrio dicavit A.V.C. 294, uti apud Livium lib. 6. Hoc tamen quàm ridiculum ſit, nemo non videt. Illud vero magis ſimile poterant af-

fer-

ferre eandem familiam ortum ſuum ex Ænaria per coxendicem ſignificare voluiſſe; cum enim inſula illa à forma, quam ipſa, vel Urbs, quæ in ea fuit, habuerat, vulgo *Iſchia* appellata ſit à græca voce, ισχίον, quæ coxam ſignificat, hinc humanam coxam gentilitii ſcuti ſymbolo Johannes appoſuerit. Inclaruit hæc familia Sæculo XIII exeunte, ac deinde amplificata eſt Prochitæ Inſulæ, Trojæque Urbis in Apulia dominatu.

III.

JOVANNES PP. XXIII. cum duabus roſis, hinc, inde litteris poſitis. Pontifex ſedens, ſolemni veſte indutus, dextera benedicit, ſiniſtra crucem tenet.

✠ SANCTUS PETRUS. Duæ parvæ claves decuſſatæ, ac Roſa, unà cum capite religatis capillis, quod notam monetalis fortè indicare diximus. In medio claves binæ decuſſatæ, & alligatæ, ac ſupra Coxa.

IV.

JOVANNES PP. XXIII. Pontifex ſedens, ut ſupra.


✠ & utrinque Roſæ cum inſcriptione SANCTUS PETRUS. In ima gyri parte binæ parvæ claves decuſſatæ, cum duabus roſis ad latus, ut ſupra. In area claves majores decuſſatæ, & alligatæ.

Balthaſſar Coſſa Cardinalis, Bononiæ Legatus poſt obitum Alexandri V., vivente adhuc Gregorio XII., & in Hiſpania Benedicto XIII. inter feralis, diuturnique ſchiſmatis turbas, Pontifex electus eſt. Ad has diſcordias componendas, cùm Conſtantiæ Concilium indictum eſſet, Johannes eò profectus eſt, quò jam advenerat Sigiſmundus Imperator, ſed ille veritus, ne pontificia dignitate ſe exuere ibidem cogeretur, clam Schafuſam, ac deinde Friburgum aufugit, ubi captus, in carcerem prope Conſtantiam, Concilii juſſu, conjectus eſt; eo autem in Concilio, cauſa in ipſum inſtructa, variiſque objectis criminibus, pontificatu, cunctis approbantibus Patribus, dejectus eſt, & Ludovico Bavariæ Duci cuſtodiendus, traditus. Gregorius interea XII. ultrò pontificiam dignitatem depoſuit; ea verò Benedictus XIII., uti contumax, omnium ſuffragiis privatus eſt; his duobus ergo ſublatis, Martinus V. Summus, certuſque Pontifex electus fuit, cui Johannes è cuſtodia elapſus, tandem ſe ſubmiſit.

Cum hi, quos proferimus, denarii argentei, ac probi, abſque alterius vilioris metalli mixtura ſint, conjicere eſt, ſublatos fuiſſe illos improbos, quos Johannes Romæ cudi ob ærarii anguſtiam fecerat, de quibus loquitur Theodoricus de Niem in vita ejuſdem Pontificis inter

Scri-

Script. Germanicos Henrici Meibomii pag. 18. his verbis: *Senator Romæ pro Johanne, innumera vectigalia, etiam vi exigebat, voluit immutare antiquam monetam, nec venditores Victualium eandem volebant accipere, quouſque dictus Balthaſſar* (Joannes XXIII.) *etiam illud edictum ſuum de illa moneta publice per vicos, & plateas dictæ Urbis, per vocem præconis publice retractavit.*



SEDE VACANTE Pontifex ſedens, qui dextera benedicit, ſiniſtra crucem tenet.

✠ SANCTUS PETRUS, ET PAULUS. In medio duæ claves decuſſatæ, & alligatæ.

Denarium hunc cuſum putamus inter annum 1415, & 1417, eo enim temporis intervallo, cum Conſtantienſis Concilii ſententia ſeſſione decima die XIV. Maii 1415, Pontificatus jure privati, & exuti fuiſſent Johannes XXIII., & Benedictus XIII., Gregorio XII. eadem dignitate ultro ſe abdicante, Apoſtolica Sedes vacavit uſque ad diem XI Novembris 1417, quò Martinus V. Pontifex maximus electus eſt. Mirari

rari tamen ſubit hominis, qui cudendæ monetæ præerat, ſimplicitatem, qui, vacante ſede, Pontificis ſedentis imaginem in nummo exhibuit.

MARTINUS V.

ODDO COLVMNA ROMANVS
ELECTVS
IN CONCILIO CONSTANTIENSI
III. IDVS NOVEMBRIS MCCCCXVII.
OBIIT
X. KAL. MARTII MCCCCXXXI.

I.

MARTINUS PP. QUINTUS. Tiara pontificia tribus coronis, ac teniis pendentibus ornata. Imminet ſcuto gentilitio, in quo Columna coronata viſitur.

✠ SANTUS PETRUS, ET PAULUS. Duæ claves decuſſatæ, & alligatæ.

II.


MARTINUS PP. QUINTUS. Stemma Pontificis gentilitium, ſupra quod duæ claves decuſſatæ, & alligatæ, una cum Tiara.

In margine ✠ & ROMA CAPUT MUNDI. In area ſcutum corona redimitum, in quo ✠ S. P. Q. R.

III.

MARTINUS PP. V. & parvum flagellum, quod Monetarii nota. Pontifex ſedens, qui dextera

UNIV. OF MICH.


I
AV
II
AR
III
AR
IV
AR
V
AR
VI
AR
VII
AR

tera benedicit, ſiniſtra crucem tenet.

✠ SANTUS PETRUS cum Roſa, & Siglis S.P.Q.R. deinde parvum flagellum, ac alia Roſa viſitur. In medio claves, & ſuperius Columna coronata.

IV.

MARTINUS PP. V. Pontifex ſedens, ut ſupra.

✠ SANTUS PETRUS, ac ter repetitæ parvæ claves decuſſatæ: in area quoque claves, ut ſupra.

Martini Pontificis electio reddidit Eccleſiæ Catholicæ pacem, funeſtiſſimo ſchiſmate extincto; hic Conſtantia in Italiam redux, tandem Romam veniens: *In Eccleſia B. Mariæ de Populo pernoctavit, & civibus acclamantibus omnibus, Martino Papæ ſalus, & vita, per publicas vias, & aulæis ſplendidas domus, hilaria, & fauſta omnia, & novam Urbi faciem prænuncians, ad Vaticanum Palatium perduxerunt*, teſte Felice Contelorio, qui ex veteribus monumentis hujus Pontificis vitam ſcripſit poſt Elenchum Cardd. pag. 12. concinit Platina, qui eodem ſæculo, quo Martinus, floruit. Hic in Vit. Pontific. fol. m. 120. pag. 2. ſcribit *Romam tandem pervenit (Martinus) effuſa obviam omni Civium multitudine, effuſis principibus tantæ Urbis, qui hominem non ſecus, ac ſalutare quoddam ſidus, vel unicum Patriæ parentem expectabant; diem illum in faſtis annotavere Romani* x. *Kal. Octobris a. D.* 1421.

Et ſa-

Et ſanè Pontifex, exornata Urbe, civiumque diſcordiis compoſitis, omnium expectationi reſpondit, ut meritò *Temporum ſuorum felicitas* dictus fuerit. Obſequii igitur cauſa, denarii, S. P. Q. R. nomine inſcripti, cuſi fuere. Clariſſimæ Columniæ gentis inſignia, ex qua Martinus ortum traxit, in quatuor his denariis viſuntur. Columna ſcilicet, cui ſupra imminet Corona, quam ſtemmati addidiſſe Jacobum dictum Sciarram, qui Ludovico Bavaro Imperatoriam coronam impoſuit Romæ anno 1328 ex S. Antonino refert Raynaldus ad d. annum num. 3. *Hujus familiæ proceres, ante ſexcentos annos in Urbe Roma, latioque potentia, atque opibus ſummum claritatis locum tenuiſſe conſtat*, ut ſcripſit Paulus Jovius initio Vitæ Pompeii Cardinal. Columnæ.

V.

Binæ parvæ claves decuſſatæ cum inſcriptione M. PAPA QUI, & in circulo interiore N. T. V. S., litteris in crucis formam diſpoſitis. MARTINUS PAPA QUINTUS.

Binæ claves decuſſatæ UB. FIRMAN., in medio A. URBS FIRMANA, circulus ad latera, & ſuperius poſitis.

VI.

Parva Aquilæ Imago inter duos circulos cum Epigraphe in gyro SANTUS SAU., & in area

area I. N. V. S. litteris ad crucis formam poſitis.

SANCTUS SAVINUS.

Binæ parvæ claves decuſſatæ inter duos circulos, cum roſa, & inſcriptione VB. FIRMAN in medio A., parvis cum circulis, ſupra, ad latera, & infra poſitis.

Ludovicus Melioratus, Innocentii VII. ex fratre nepos, Firmanam Urbem, beneficiario jure obtentam, diu poſſedit, cumque anno 1428 obiiſſet, Aſtorius Piceni Legatus Firmum venit, ut, Pontificis nomine, illius Urbis poſſeſſionem caperet, verum Gentilis, Ludovici frater, & Firmanus, defuncti Principis filius, in arcem, quam Gerionem vocabant, ſe recepere, ibique à Civibus obſeſſi ſunt, & tandem per Legatos à Firmanis Martino Pontifici miſſos, controverſia hæc, mutuo conſenſu, dirempta eſt, concedente Martino in ſtipendium ſexcentos aureos nummos in ſingulos annos Gentili, ac Ludovici filiabus dotem, quæ earum conditioni decens eſſet, atque ita arce dedita, Urbs illa in poteſtatem Pontificis devenit, plaudentibus civibus, ac in ea nummi Martini nomine inſigniti cuſi ſunt. Vide Franciſcum Adamum de rebus geſtis in civitate Firmana l.2. c.55. fol.87. In parte averſa, S. Savini (de quo alias) nomen legitur, viſiturque parva Aquila, quæ ejuſdem Urbis inſigne eſt, ut videre licet apud Ughellium Ital. Sacr.

in Epiſcopis Firmanis Tom. 2. col. 742. primæ edit., qui auctor, ut hoc ſemel moneam, exhibere ſolet inſpicienda Urbium, de quarum Epiſcopis agit, inſignia:


VII.

MARTIN. PAP. ac in interiore circulo A. MARTINUS PAPA, cui impoſita eſt Columna coronata.

Turris, ſive arcis imago cum inſcriptione S. EMMID. D. ESCULO, quatuor ultimis litteris in area diſpoſitis.

Aſculum picenum, cujus Urbis hiſtoriam intexuit Sebaſtianus Andreantonellus, turbulentiſſimis iis temporibus, quibus Guelforum, & Gibellinorum factiones Italiam mutuis cladibus miſerè divexabant, plurium impotentium hominum tyrannidi paruit, Thomæ ſcilicet Falzetto, Aſculanoque filio, atque his à Thoma Miglianiſio expulſis, cives demum, ejuſdem Thomæ jugo excuſſo, anno 1426 Martino V. Pontifici urbem tradidere, ut habet idem auctor hiſtor. lib. III. pag. 102. Quare eo tempore Aſculum officinæ monetariæ honore auctum fuiſſe putaverim. Turris, ſive arx, non autem Pons, ut perperam ſcripſit Xaverius Scylla in notitia brevi monet. Pontif. pag. 330., ejus Urbis inſigne eſt; ut videre eſt apud Ughellium Ital. Sac. in Epiſcopis Aſculanis Tom. 1. col. 485. Additur in ipſa averſa nummi parte S. Emmygdii

UNIV. OF MICH.


I
AV
II
AR
III
AR
IV
AR
V
AR
VI
AR
VII
AR
VIII
AR

dii nomen, urbis patroni, natione germani, qui à Marcello Pontifice Aſculanus Epiſcopus ordinatus, & ad prædicandum Chriſti Evangelium miſſus, capite truncato ad Truentum amnem, Diocletiano imperante, Martyrii coronam accepit, ut legitur in Martyrologio ad diem v. Auguſti, & apud Baronium Annal. Eccleſ. Tom. III. ad an. 309. num. IV.

EUGENIUS IV.

GABRIEL CONDVLMERIVS VENETVS ELECTVS V. NONAS MARTII MCCCCXXXI. OBIIT VII. KAL. MARTII MCCCCXLVII.

I.

✠ EUGENIUS PP. QUARTUS. Gentilitium Pontificis ſtemma cum faſcia tranſverſim ducta, ſupra quod Tiara pontificia, & binæ claves

✠ S. PETRUS ALMA ROMA. *S. Petrus* ſtans, qui dextera clavem, ſiniſtra librum tenet;

II.

EUGENIUS PP. QUARTUS. Pontifex ſedens, qui dextera benedicit, ſiniſtra crucem tenet.

In gyro ✠ ROMA CAPUT MUNDI S. P. Q. R., & parvum flagellum; in medio claves decuſſatæ, & al-

& alligatæ, ſupra quas ſtemma gentilitium Pontificis viſitur.

III.

✠ EUGENIUS PAPA QUARTUS. Stemma gentilitium cum tiara, teniis pendentibus ornata.

S. PE ✠ S. PA. ROMA CAPUT MUNDI. *SS. Petrus, & Paulus* ſtantes. primus dextera clavem tenet, ſiniſtra librum; alter verò dextera enſem, ſiniſtra volumen gerit. Inferius inter utroſque Roſa.

IV.

✠ EUGENIUS ✠ PAPA ✠ QUARTUS. Pontificium ſtemma, ſupra quod Tiara cum teniis pendentibus.

✠ S. PE. ✠ S. PA. ✠ BONONIA. *SS. Petrus, & Paulus* ſtantes, ut ſupra.

Martino V. Pontifice adhuc vivente, Bononiæ dominatum invaſerat Antonius Bentivolus, qui illius armis impetitus, vix ad officium redierat, cum Philippus Maria Vicecomes, Mediolani Dux, Bononienſes Cives, Cannetolorum factioni addictos, ad ſeditionem excitavit anno 1424, captoque, & in carcerem conjecto pontificio Urbis Præfecto, Baptiſta, Cannetolus tyrannidem in illam Urbem exercuit; verum Eugenius Pontifex, eò cum ſuis, fœderatorumque copiis Nicolaum Piccininum miſit, percelebrem illius ævi Ducem, qui, etſi cum Mediolanenſis Ducis exercitu minùs proſpe-

ſperè ad Cornelii forum pugnaſſet, tamen anno 1435, inita cum Philippo Maria concordia, Bononienſem urbem in Pontificis poteſtatem reduxit, uti narrat Pompejus Vizanius hiſt. Bonon. lib. 6. pag. 338. atque eo tempore cuſum denarium putamus.

V.

✠ EUGENIUS PP. QUARTUS. Pontificium ſtemma cum Tiara pontificia deſuper, & clavibus.

✠ ROMA. S. PAULUS S. PETRUS. Utriuſque Apoſtoli Capita ſeſe mutuo reſpicientia. Petrus dexteram, Paulus ſiniſtram occupat.

In ſecundo nummo Senatus, Populique Romani nomen legitur; tanta enim Eugenii in veneratione, & gratia apud Romanam gentem fuit, ut cum Urſinorum ſuaſu, Columnenſes Martini V. ex fratre nepotes perſecutus fuiſſet, tanquam peculatus, ut putabatur, reos, atque hi occupata Appia Porta cum armato milite, Urbem ingreſſi fuiſſent, major Civium pars pontificiis copiis ſe addiderit, & Columnenſes Urbe excedere coegerit; verùm poſtea iidem Cives, aſpero Franciſci Condulmerii Cardinalis Eugenii nepotis reſponſo concitati, dum de illatis à Nicolao Piccinino, Romanum agrum vaſtante, injuriis queſtum veniſſent, in furorem verſi, Pontificem Urbe expulerunt, & novum Magiſtratum, qui eidem præeſſet, creavere, uti te-

teſtatur Platina ejuſdem Sæculi, quo hæc accidere, ſcriptor in Vita Eugenii fol. 125. Deinde tamen Romam redux Pontifex, à Civibus ſummo cum plauſu fuit exceptus, eorumque benevolentiam, ac debitum obſequium mirè ſibi comparavit: ejus geſta brevi ſermone complexus eſt eloquentiſſimus Æneas Silvius Piccolomineus inde Pius II. in Europa cap. 58. operum pag. 71. Edit. Venet. a. 1501, *& ſi Oriente ſchiſmate (Eugenius) in principio ſui pontificatus uſque ad obitum cum Baſileenſibus contenderit, coronato tamen Sigiſmundo Cæſare, Grecorum, & Armenorum pacta cum Eccleſia Latina unione, Civitatibus Eccleſiæ, quas amiſerat, recuperatis, Tyrannis per circuitum deletis, contumacia Romanorum edomita, victor inclytus veterem hominem exuit.* Cum autem nuſquam in Pontificum, qui poſt Eugenium fuere, denariis, Senatus, Populique Romani nomen appareat, conjicere datur, Eugenium, qui firmandæ pontificiæ in Urbem dominationi incubuit, Capitolinum Magiſtratum officinæ monetariæ jure, vi adepto, tandem aliquando exuiſſe.

In aureo nummo numero. I., & argenteis III. IV. & V. gentilitium Eugenii ſtemma expreſſum eſt, quòd primùm ex ſummis Pontificibus Eugenium feciſſe perperam ſcripſit Claudius Molinetus in Præfat. ad Hiſt. Pont.

per

per numiſmata ; cum , ut vidimus , longe prius hic mos invaluerit.

SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli capita, quæ in denario num. V. viſuntur, & nunç primum, licet poſtmodum in pluribus aliis nummis cuſis ab iis, qui poſt Eugenium fuere, Pontificibus ea expreſſa ſint, apparent, indicare videntur, denarios hoſce percuſſos fuiſſe poſt annum 1438; quo, duo Lateranenſis Baſilicæ Clerici expoliavere majori gemmarum parte, ad triginta millium aureorum æſtimationem, argenteas thecas, quibus ſacra Apoſtolorum Petri, & Pauli capita includuntur. Cum enim fuiſſent paulo poſt ſacrilegi fures, ultimo ſupplicio, impium facinus, gemmæ repertæ, quælibet ſuo loco, unde ablatæ fuerant, repoſitæ ſunt, indicta prius ſolemni ſupplicatione, inſtructoque ordine procedentibus Magiſtratu, ac Civibus Romanis: Adi Joſephum Mariam Soreſinum de Capitibus SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli pag. 53. ex veteribus Scriptoribus fuſius rem proſequentem.

VI.

In gyro binæ claves decuſſatæ cum inſcriptione EUG. PP. QUA. In area verò R. T. V. S. literis in crucis formam diſpoſitis.

Binæ claves decuſſatæ cum epigraphe UB.

FIR-

FIRMAN., & in medio A. punctis ad latera, & infra diſpoſitis.

VII.

In margine binæ claves decuſſatæ cum titulo EUGENIUS PAP. in area A., cujus ſuperiorem, & inferiorem partem, non ſecus, ac latera, circumdant puncta.

Turris, ſive arcis imago cum inſcriptione S. EMMID. D'ESCULO, quatuor poſtremis litteris in medio poſitis.

Franciſcus Sfortia Cotignolæ Comes, à Philippo Maria Vicecomite Mediolani Duce, qui totius Italiæ dominatum inhiabat, miſſus, ſimulata in Regnum Neapolitanum expeditione anno 1433, Firmum, & Aſculum, ac reliquas Piceni Urbes, occupavit, pretexens ſe Concilii Baſileenſis juſſu, ad ſubducendum ab Eugenio Pontifice Eccleſiaſticæ ditionis obſequium, advenifſe, ut refert Blondus Hiſtor. Decad. 3. lib. v. pagg. 475, & 476. Quare Eugenius, ut illum ſibi conciliaret, anno ſequenti, beneficiario jure Picenum eidem contulit, addito Marchionis titulo, verum, cum Sfortia anno 1445 in Samnio contra Alphonſum Siciliæ utriuſque Regem, Eugenio fœdere junctum, bellum gereret, ille, qui à Sfortia Præfectus Aſculanæ Urbi conſtitutus fuerat, Joachimum Aſculanum Civem injuſtè ultimo ſupplicio affecit, qua de cauſa Aſcula-

lani Cives ad Pontificem defecere, ejectis Urbe Sfortiæ militibus; hoc autem exemplum ſequuti, una,cum reliquis Picenatibus, etiam Firmani, arcem, quam Gerionem dicunt, obſedere, quæ x. Kal. Martii menſis deditionem fecit, ut legere eſt apud Franciſcum Adamum de rebus geſtis in civitate Firmana lib. 2. cap. 101. & 103. fol. 117. & 119.

VIII.

In ambitu EUGE. PP. QUA. cum duabus parvis roſis, in area R. T. V. S. litteris in crucis formam appoſitis, ideſt Eugenius PP. Quartus.

In gyro averſæ partis UB. FULGINEI cum parva Roſa. In medio Crux circum ornata.

Trinciorum familia diu Fulginei dominationem tenuit, ex qua Conradus Ugolini filius, (qui Nicolao fratri ſucceſſit anno 1421)Hic,cum ſubditos impotenti dominatu vexaret, Eugenius Pontifex in ipſum miſit cum copiis Johannem Vitelleſchum, hominem ſævum, ac immitem, qui, opem ferentibus Fulginei Civibus, facilè Urbe potitus eſt die VIII Septembris 1439, & Nicolaum captum, una cum tribus filiis, ſecuri percuſſit, uti narrat Ludovicus Jacobillus in diſſertatione Italica de Fulgineo pag. 44. Quare Pontifex, redactæ in ſuam poteſtatem Urbi, mo-

netam cudendi jus impartitus eſt, eo, ut conjici poteſt, tempore: quod propterea hujuſmodi denarii ætatem oſtendit.

NICOLAUS V.

THOMAS LVCANVS SARZANENSIS ELECTVS XV. KAL. APRILIS MCCCCXLVII. OBIIT VIII. KAL. APRILIS MCCCLV.

I.

✠ NICOLAUS PP. QUINTUS. Tiara Pontificia tribus coronis ornata: ſupra eam ſcutum, in quo duæ claves decuſſatæ, & alligatæ

✠ S. PETRUS. ALMA ROMA. *Sanctus Petrus* ſtans, qui dextera clavem, ſiniſtra librum tenet.


II.

In ambitu ✠ NICOLAUS PP. QUINTUS cum parva Roſa. In area Tiara pontificia, quam ſubter ſcutum, ut ſupra.

✠ S. PETRUS. S. PAULUS ALMA ROMA *SS. Petrus, & Paulus* ſtantes: primus dextera clavem, ſiniſtra librum tenet, alter dextera enſem, ſiniſtra volumen gerit.

Binas claves decuſſatas, quæ in ſcuti area in hiſce nummis viſuntur, pro gentilitio ſtemma-

UNIV. OF MICH.


I
AV
II
AR
III
AR
IV
AR
V
Æ
VI
Æ

mate aſſumptas fuiſſe à Nicolao V. Pontifice, qui humili genere ortus erat, ſcripſit Paulus Benedicti Nicolai de Magiſtris, qui eodem tempore vixit, rudi, uti tunc Romæ in uſu erat, italico ſermone, ſicut videre licet in Cod. Vatic. ſignato num. 3255., in quo hæc habentur: *Adi 4 de Marzo à 22 ore de Sabato, li Cardinali ſe miſero in Conclave nella Minerva, e furo in tutto 18, e Lunedi ad ora de Terza ſecero Papa Monſig. di Bologna, che era de Serazzano, vile nazione, non aveva arme, e fece le chiavi, altrimente era valentomo de ſcienza, e fu Papa Nicolò V.* ideſt *die quarta Martii, hora ſexta, Cardinales Conclave ingreſſi ſunt die Sabati in Cœnobio ad S. Mariam ſuper Minervam numero decem, & octo, non ei erat ſtemma gentilitium, cujus loco claves aſſumpſit, ceterum egregius, doctuſque vir erat, fuitque Nicolaus V.* Electionem hanc miraculi loco ducebat Dominicus Cardinalis Firmanus, uti in ejus Vita narrat Poggius apud Stephanum Baluzium Miſcell. tom.3. pag. 277. *hominem* (inquit) *ſcilicet, qui anno, & ſemis antea privatus Sacerdos, & egens fuerat, repentè Pontificem creatum.* Hic addere non inutile putavimus Inſtrumentum ex libro Capitulorum Nicolai V., & Caliſti III. fol. 1. in Vaticano Carthophilacio aſſervato, in quo conſtituitur à Ludovico Scarampo Cardinali Aquilejenſi S. R. E. Camera-

 rio

rio, monetariæ officinæ Præfectus, Franciſcus Maria de Franciſcis de Florentia.

Anno 1447 die 20 Auguſti Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. Noſtri D. Nicolai Divina providentia Papæ V. anno ejus primo. Infraſcripta ſunt pacta, & Capitula facta, inita, & firmata inter Rmum in Chriſto Patrem, & Dominum D. Ludovicum Miſeratione Divina Tit. S. Laurentii in Damaſo Præsbiterum Cardinalem Aquilegien. Sanctiſſimi D. Noſtri Papæ Camerarium agentem, & ſtipulantem vice, & nomine præfati D. Noſtri Papæ, & Cameræ Apoſtolicæ ex una, & providum virum Franciſcum Mariam Franciſci de Florentia Magiſtrum Zecchæ in Civitate Romana per ſupradictum D. Noſtrum Papam ſpecialiter deputatum ex altera.

In primis promiſit idem Franciſcus, quod ipſe cudet, ſeu cudi faciet Florenos de auro, videlicet Ducatos ligæ de XXIV. *caratis ſecundum Ducatos Venetos, & quilibet Florenus ſit, & eſſe debeat dimidii quarti, vel ponderis illius Ducati, qui curſum habet hodie in Urbe, & ſit in eis ab uno latere ſculpta Arma Domini Noſtri Papæ, cum litteris circum, videlicet Nicolaus PP. Quintus, & cum Roſa à pede dictæ Armæ; ab alio latere ſit, & eſſe debeat imago S. Petri Apoſtoli cum clavibus in manu, & litteris circum, videlicet. S. Petrus. Alma Roma.*

Item

Item promiſit dictus Magiſter cudere, vel battere, cudi, vel batti facere in dicta Zeccha Groſſos Papales de argento, in quibus ab uno latere ſint, & eſſe debeant imagines SS. Petri, & Pauli cum his litteris circum S. Petrus S. Paulus. Alma Roma; ab alio latere ſit, & eſſe debeat ſculpta Arma D. D. Noſtri Papæ cum Mitra deſuper, & cum Roſa in pede dictæ Armæ cum litteris circum. Nicolaus PP. Quintus; & quilibet dd. Groſſòrum ſit, & eſſe debeat ponderis, videlicet denariorum trium, & granorum decem, & quod teneat de leuga pro qualibet libra argenti ſini undecim uncias, & denarios tres, & 84 groſſi, & unus denarius ponderis perficiant pondus unius libræ, & habeat de remedio de leuga pro qualibet libra denarios tres, & quod de dictis groſſis promiſit cudere, & cudi facere, ut ſupra medios groſſos ad dictam rationem cum dicto remedio. Item quod dicti Groſſi, & dicti medii Groſſi debeant diligenter ponderari ſingulariter ſinguli, antequam extrahantur de dicta Zeccha, & quilibet Groſſus ſit ponderis denariorum trium, & granorum decem, & quod non varient unus ab alio per unum granum, alias devaſtentur, & quod dicti medii Groſſi ſint ponderis, & ponderari debeant Denarium unum, & granos decem, & ſeptem pro quolibet cum remedio ſupradicto, aliàs devaſtentur.

Item actum, & conventum extitit inter par-

partes prædictas, quod D. Noſter Summus Pontifex faciat publicè Bannum per Urbem, quod decem groſſi dictorum liga, & ponderis valeant, & valere debeant unum Ducatum auri de Camera, & pro prædicto pretio nullatenus ab aliquo valeant refutari, ſub pœna centum Ducatorum Auri de Camera dictæ Cameræ applican. & quod ſecundum variationes pretii Ducati, variari debeat etiam valor dd. groſſorum; ita, & taliter, quod, prout ſupra dictum eſt, ſemper decem groſſi pro uno Ducato in omnibus negotiis dentur, & recipiantur, & quod dicti Groſſi valeant, & valere debeant ſeptem Bollendinos Romanos, & pro ſeptem Bollendinis expendantur, & recipiantur, & quod ab aliquo non valeant refutari ad pœnam prædictam applicandam, ut ſupra, & ita &c.

III.

✠ N. PP. V. ANNO JUBILEI. Tiara pontificia gentilitio ſtemmati ſuperimpoſita, ut ſupra.

✠ S. PETRUS. S. PAULUS ALMA ROMA *SS. Petrus, & Paulus* ſtantes, ut ſupra.

IV.

Parvum Pontificis ſcutum, in quo duæ claves decuſſatæ cum inſcriptione in gyro S. MARI. In medio A. Sancta Maria.

Parvum iterum ſcutum, in quo Crux, cum epigraphe DE RECANETO. Quatuor poſteriores hu-

hujus Urbis litteræ in area ad Crucis formam diſpoſitæ ſunt.

Cuſum nummum hunc à Recinetenſibus Civibus putamus, ad retinendam Nicolai V. Pontificis memoriam, qui eorum Urbi jus in Laureti oppidum reſtituit, ut refert Didacus Calcagnius in opere Italico, quod inſcripſit *Memorie Iſtoriche di Recanati fol.69.* Caſtrum verò illud poſtea in Urbem crevit, poſt divinitus in illud delatam Deiparæ Virginis ædiculam, anno 1294, quæ populorum concurſu, ac religione celeberrima eſt.

V.

✠ N. PP. V. *Nicolaus Papa Quintus*. binæ claves decuſſatæ

✠ ROMA. in area Sanctiſſimi D. N. Salvatoris vultus.

Nicolaus V., cum, more majorum, reſeratis quatuor ſacris portis, Anno Jubilei MCDL. initium feciſſet, ſubitò *tanta*, ut inquit Platina in ejus Vita fol. 235. pag. 2., *multitudo Romam venit, quanta nunquam antea*, &, cum tot advenis excipiendis, alendiſque frumentaria res, aliique commeatus vix ſufficerent, Pontifex plenam peccatorum veniam indulſit his, qui unica tantum vice, ac die, delictorum confeſſione peracta, ſacras quatuor Baſilicas inviſerent, juſſitque

que SS. D. N. imaginem Sudario impreſſam in templo D. Petri populo oſtendi, erga quam, ea erat omnium pietas, ac religio, ut teſtante Paulo Benedicti de Magiſtris: *li pentori de Volti Santi ſecero gran teſoro*; ideſt *Sacri Vultus imaginum pictores maximum lucrum ſecerint*; quamobrem, nil mirum, ſi, & nummis eodem anno cuſis, ſacra illa imago impreſſa fuerit.

VI.

✠ NICOLAUS PP. V. binæ claves decuſſatæ.

✠ DE FULGINEO ad nummi oram, in area Crux circum ornata.


Prius, quam Trinciorum gens Fulginei dominatione ejecta fuiſſet à Johanne Cardinali Vitelleſco, uti ſupra ſcripſimus, Conradus Trincius ineunte anno 1438 monetariam officinam ea in Urbe conſtituit, aureoſque nummos, quos florenos vocabant, itemque æreos cudi juſſit, duumviros monetales inſuper inſtituit, Petrum Mattheum Orſinium, & Antonium Petri Beceroti, ſicuti refert Durantes Dorius in Hiſtoria Italica Trinciæ familiæ lib. 4. pag. 227., poſtquam verò in poteſtatem Eugenii Pontificis ea Urbs devenit, confirmatam ab eodem, & ab Nicolao, qui ei ſucceſſit, monetam cudendi facultatem Fulginatibus, ſatis ex hiſce nummis apparet, præcipuè, cum eidem Urbi præeſſet


an-








UNIV. OF MICH.


I
AV


II
AR


III
AR


IV
Æ


V
Æ

anno 1451 Cæſar Contes Lucenſis, Catharinæ Pontificis ſororis vir, ut refert Jacobillus in diſſertatione de Fulgineo pag. 45.

CALLISTUS III.

ALPHONSVS BORGIA VALENTINVS ELECTVS
VI. ID. APRIL. MCCCCLV.
OBIIT
VIII. ID. AVGVSTI MCCCLVIII.

I.

✠ CALISTUS PP. TERTIUS. Stemma gentilitium, in quo bos paſcens; & inter ſcuti ambitum, lineamque interiorem, octo flammulæ, æquo ſpatio inter ſe diſtinctæ. Supra inſigne, Tiara pontificia, binæque claves decuſſatæ.

✠ S. PETRUS. ALMA ROMA. *S. Petrus* ſtans, dextera clavem, ſiniſtra librum tenet.

Gentilitium ſcuti ſymbolum nobiliſſimæ inter Hiſpanos Borgiæ familiæ eſt: in eo Vacca viſitur, ut putavit Jo: Palatius in geſtis Pontific. de Calliſto loquens pag. 576. Taurum verò dixit Claudius Molinetus in Pontif. numiſmat., ſed Actius Sincerus Sannazarius Poeta percelebris de Cæſare Borgia verba faciens Epigrammat. lib. 1. pag. 79. alludens ad ſtemma gentili-

tium Alexandri VI. Calliſti ex ſorore nepotis, modò bovem, modò taurum dicit.

II.

✠ CALISTUS PP. TERTIUS. Roſa, & ſtemma, ut ſupra.

✠ MODICÆ FIDEI QUARE DUBITATIS Navicula, in cujus medio Crux, hanc S. Petrus ſiniſtra manu tenet, dextera verò remo incumbit.

Pontificatum adeptus Calliſtus ad comprimendum Turcarum furorem, bellum in illos inſtruere cœpit, ad quod jam diu antea ſolemni voto ſe obſtrinxerat. Jusjurandum itaque publicè confirmavit, iterumque emiſit, uti teſtatur S. Antoninus part. 3. tit. 22. cap. 14. init., & Chirographum oſtendit, in quodam libro ſua manu ſcriptum, in quo *ſe bello, maledictis, interdictis, execrationibus, & quibuſcumque rebus potuerit, Turcos Chriſtiani nominis hoſtes ſæviſſimos perſequuturum* teſtabatur, ut refert Platina in ejus vita fol. m. 239. pag. 2., qui etiam addit, quòd *admirati ſunt omnes, qui aderant, quod homo ſenex, ac ferè decrepitus tantum animi haberet*. Et profectò, quod ipſe promiſerat, re præſtitit, nam per univerſam Europam concionatores miſit, qui populos ad arma adverſus Turcas ſumenda, concitarent, Legatoſque ad Reges ac Principes delegavit ad ſacrum bellum capeſſendum, hoſque multo auro juvit, & ſuc-

& ſucceſſus piis Caliſti votis feliciter reſpondit, nam in Hungaria ad Savum flumen, magna cum internecione, Turcæ deleti ſunt, ejectique Macedonia Magni Scanderbegi virtute, & Ludovicus Scarampus Patriarca Aquilejenſis cum ſexdecim pontificiis triremibus Turcicam claſſem, navigiorum numero longè validiorem, ad Rhodum ſuperavit, Mitylenem, Naxum, Stalimenem Inſulas in Calliſti poteſtatem redegit, & victrici claſſe, Aſiæ oras legens, finitimos populos magno terrore complevit. Vide Raynald. Tom. 18. Annal. Eccleſ. ad an. 1457. num. 10., & ſeqq. Felices ob hos, fauſtoſque eventus, quos optimus Pontifex ſe à Deo, Beati Petri Apoſtoli precibus, aſſequuturum, certa cum ſpe, jam mente conceperat, denarium hunc cudi voluiſſe ipſum credimus, eo lemmate appoſito MODICÆ FIDEI QUARE DUBITATIS, ut, Servatoris noſtri exemplo, eos modicæ fidei homines exprobraret, qui tam ardua, capularem ferè ſenem tentaſſe, admirati fuerant, ac forſan irriſerant.

III.

✠ CALISTUS PP. TERTIUS. Roſa, & ſtemmate, ut ſupra.

✠ S. PETRUS. S. PAULUS. ALMA ROMA. *S. Petrus*, *S. Paulus* ſtantes.

IV.

In gyro CALISTUS PP. TERTIUS: In area bos: In ambitu ROMA CAPUT MUNDI. In medio Crux.


Hi nummi Romæ cuſi ſunt, de qua Urbe Calliſtus benemeritus eſt, nam preter ſacram D. Priſcæ Ædem in Aventino inſtauratam, *mœnia Urbis diruta, ac ferè ſolo æquata, reſtituit*, ut ſcripſit Platina in ejus Vita fol. m. 241. pag. 2.

V.


CALISTUS PP. III. duæ claves decuſſatæ: DE FULGINEO. In medio Crux circum ornata.

Eo tempore nummum hunc Fulginei percuſſum veriſimile eſt, quo, Petrus Ludovicus Borgia ſupremus S. R. E. armorum Præfectus, à Calliſto Pontifice patruo Spoletum, ac Fulgineum Urbes ſumma cum auctoritate gubernandas ſuſcepit, ut refert Jacobillus diſſertatione de Fulgineo pag. 46. ſcilicet die XVII Decembris anno 1456.

PIUS



UNIV. OF MICH.


PIVS PAPA
SECVNDVS
ALMA ROMA
PETRVS
I
PET
II
DIRIGE
III
IV
V
VI

PIUS II.

ÆNEAS SILVIVS PICCOLOMINÆVS SENENSIS ELECTVS XIV. KAL. SEPTEMBR. MCCCCLVIII. OBIIT XIX. KAL. SEPTEMBR. MCCCCLXIV.

I.

PIUS PAPA SECUNDUS Stemma gentilitium Pontificis, in quo Crux, & in hac quinque lunulæ æquis inter ſe ſpatiis diſtinctæ, ſupra claves, & Tiara

S. PETRUS. ALMA ROMA. *S. Petrus* ſacerdotali habitu indutus, qui dextera clavem, ſiniſtra librum tenet.

II.

PIUS PAPA SECUNDUS ſtemma, ut ſupra.

Roſa: SANTUS PETRUS. SANTUS PAULUS. ambo Apoſtoli ſtantes, inter hos littera M. cum cruce deſuper, monetarii, ut putamus, ſignum.

Pius, cum optimi Pontificis partes expleret, adeo Romano Populo acceptus fuit, ut ad ſacram expeditionem adverſus Turcas proficiſcentem die decima octava Junii 1464. *ad Pontem Milvium, effuſa patentibus pratis Civitas, abeuntem conſalutaret, ac reditum felicem abeunti precaretur*, ut refert Joannes Antonius Campanus in vita ejuſdem Pontificis, inter ejus opera pri-

primæ editionis, quæ eſt ad manus, in qua Typographus chartis numerum apponere neglexit.

III.

PIUS PAPA SECUNDUS. ſtemma, ut ſupra.

DIRIGE DNE. GRESSUS NRO. *dirige Domine greſſus noſtros*. Pontifex in navi ad puppim ſedens cum Tiara, habituque ſolemni, dexteram elevat ad benedicendum, ſiniſtra Vexillum tenet, in quo Crux, ante ipſum in eadem navi altare, cui ſuperimpoſitum Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum in argentea, elataque Theca, per Chriſtalla, omnibus conſpiciendum; utrinque viſuntur duo candelabra cum accenſis facibus. In celeberrimo illo Mantuæ habito conventu anno 1460., in quo aderat magnus Principum numerus, magnaque Legatorum convenerat vis, Pius Pontifex, luculentiſſima oratione, omnibus ſuadere conatus eſt, ut privatis ſimultatibus poſthabitis, Turcis, qui jam Italiæ imminebant, communi decreto bellum indicerent; verum optimi Pontificis vota irrita fuere, mox enim Europæ Principes, externo, ſacroque bello relicto, mutuis odiis alter in alterius exitium, arma converterunt. Pius autem animum non deſpondit, ſed omnem operam impendit, ut hi motus ſedarentur, & anno 1463, compoſitis in Italia rebus, ſacram expe-

peditionem repetere aggreſſus eſt, initoque cum Venetis, ac Burgundiæ Duce, fœdere, bellum adverſus teterrimos illos Chriſtiani nominis hoſtes, ſolemniter evulgavit, propoſita etiam iis, qui ultrò ſacræ huic militiæ nomen darent, plena noxarum venia, & anno ſequenti Anconam profectus eſt, quò appulerat Chriſtophorus Maurus cum Veneta claſſe; navim ergo conſcendens Pontifex, mare tranſmiſſurus erat, ad inferendum hoſtibus in adverſis oris bellum, verum in eadem Urbe gravi morbo decumbens, quo tentatus in itinere fuerat, e vita migravit, majori cum Chriſtiani populi damno, quam ſuo: ſacram hanc expeditionem, futuramque ipſius navigationem, nummo notari voluit Pontifex, conſiliumque ſecum in navi deferendi Chriſti Domini Corpus (uti ante ipſum Pontifices ſummos facere conſueviſſe, doctiſſimus vir optimè noverat) expreſſit. Si nummus hic noſter Angelo Rocchæ, eruditiſſimo cæteroqui viro, innotuiſſet, qui librum conſcripſit *de Sacroſancto Chriſti Corpore à Romanis Pontificibus iter conficientibus præferendo*, non aſſeruiſſet fortaſſe, operum Tom. 1. pag. 49. Clementem VII., dum è Liburno Maſſiliam peteret, ad colloquium cum Franciſco Rege habendum, in Triremi, quæ ipſum vectum ſequebatur ex Blaſii de Ceſena diariis Cœremonialibus, Sanctiſſimum Eucha-

chariſtiæ Sacramentum,tunc primum in maritimo itinere, ſecum detuliſſe; ſacrum autem hunc morem ſoli Romani Pontifices retinuere, quamvis,primis Eccleſiæ ſæculis,Chriſtianis omnibus id fas eſſet, refert enim D. Ambroſius de obitu S. Satyri, hunc, cum Cathecumenus eſſet, inſtante naufragio, ab initiatis, Corpus Chriſti deferentibus, accepiſſe, narratque Jo: Diaconus lib. 1. cap. 33. vitæ S. Gregorii Magni, Maximianum Syracuſanum Epiſcopum idem egiſſe, proximo denunciato naufragio, vide Angelum Roccham pag.41.

IV.

PII PP. II. PON. A. IIII. Aream occupat Crux, & in ea quinque lunulæ, ut ſupra,Piccolomineæ gentis ſtemma.

PROVINCIÆ DUCAT. in medio binæ claves decuſſatæ.

Poſtremus Comes Valentinenſis,& Dienſis, ſuos illos Comitatus, poſthabitis propriis ex fratre nepotibus, à quibus malè habitus, & in carcerem conjectus fuerat, reliquit Carolo VII. Francorum Regi. Hic pro ea comitatuum parte, quæ ad Romanam Eccleſiam pertinebat, obſequium Calliſto III. præſtitit, ut refert Gobellinus in Commentariis Pii II. lib. 9. inter opera Cardinalis Papienſis edit. Francofurt. 1614. pag.220. Carolo Rege defuncto, Ludovicus

cus XI. filius, ob non obſervatas à Patre conditiones, à ſupradicto Comite in Teſtamento appoſitas, religione motus, eoſdem Comitatus, qui ad Romanam Eccleſiam Jure optimo ex Teſtamento devoluta fuerant, ultrò Pio II. reſtituit, à quo Terræ trans Rhodanum ſitæ, Regi traditæ ſunt, eaſdemque *ab omni feudo, vaſſallagio, ligio, & homagio*, ac fidelitatis juramento, quod Pontifici, & Romanæ Eccleſiæ præſtiterat, liberavit: ut videre licet in litteris bullatis ejuſdem Pii apud Raynaldum Annal. Eccleſ. Tom. 19. ad 1462. num. 13. datis in Abbatia S. Salvatoris Cluſinæ Diœceſis anno 1462. III. Kal. Aug. Pontificatus anno quarto, qui annus eſt diſertim in denario indicatus.

V.

PAPA PIUS SECUNDUS. Crux, & ſtemma, ut ſupra.

ROMA CAPUT MUNDI. in medio Crux.

VI.

PIUS PAPA II. in area binæ claves decuſſatæ.

DE FULGINEO. in medio Crux.

A Pio II. Pontifice, cujus ſororem matrimonio ſibi junctam habuerat, Comes Jacobus Ptolomeus Fulginei, Spoleti, & Aſſiſii urbibus prefectus eſt die 26 Auguſti anni 1459, ut refert Jacobillus diſſertat. de Fulgineo pag. 46. Pius deinde eandem Urbem inviſit, dum iter Anco-

nam verſus, ad bellum ſacrum profecturus, ageret, & in ea, ſeditionem à Civibus, auctore Nicolao quodam cognomento Taccha, excitatam invenit adverſus Civitatis Præſidem Franciſcum Patricium Epiſcopum Cajetanum, ut legitur in Commentariis Jacobi Cardinalis Papienſis lib. 1. pag. 362. Quamobrem Pius, teſte Jo: Antonio Campano in ejus vita: *Fulginenſium quoſdam (diſcedens) ſubſequi ad Aſſiſium juſſos, relegavit, præfinito ad reditum ſuum exilio, auſos, & cœtus cogere, & Præfecto urbis, ubi ille Italia diſceſſiſſet, jam tunc inſidias perſtruere, tyrannidem ſibi per cædem arrepturos.*

PAULUS II.

PETRVS BARBVS VENETVS
ELECTVS
III. KAL. SEPTEMBR. MCCCCLXIV.
OBIIT
VIII. KAL. AVGVSTI MCCCCLXXI.

I.


PAULUS PP. SECUNDUS ſtemma gentilitium Pontificis, in quo leo ſaliens cum faſcia tranſverſa; ſupra Claves decuſſatæ, & Tiara.


S. PETRUS S. PAULUS ROMA. Ambo Apoſtoli ſtantes.

II.



UNIV. OF MICH.




I
AV
II
AV
III
AR
IV
AR
V
AR
VI
AR
VII
AR

II.

PAULUS PP. SECUNDUS. ſtemma, ut ſupra.

ALMA ROMA. Mulier prægrande velum ambabus manibus expanſum tenet, in quo imago Vultus SS. D. N. Jeſu Chriſti expreſſa eſt. De Acheropita SS. D. N. Vultus imagine, Sudario excepta à pia fœmina, quam Veronicam dicunt, & ab eadem Romam allata, alibi fusè jam egimus.

III.

PAULUS PP. SECUNDUS ſtemma gentilitium Pontificis, ut ſupra.

S. PETRUS S. PAULUS. ALMA ROMA. utrique Apoſtoli ſtantes, ut ſupra.

De hiſce tribus denariis, duobus ſcilicet aureis, ac tertio argenteo, quorum primus Ducatus Papalis, alter Florenus de auro de Camera vocatus eſt, ac de eorum pondere, ſatis, ſuperque agitur in actis publicis contractus inter Pontificii Ærarii Præfectum, & officinæ monetariæ præpoſitum, quæ, cum evulgata non dum fuerint, non inutile ea hic referre viſum eſt.

Anno 1468. die 5. Auguſti Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri D. Pauli Divina Providentia Papæ ſecundi Anno quarto; Inſtrumenta ſunt, Pacta, Conventiones, & Capitula inita, facta, concluſa, firmata inter Rm̃um D. Angelum Epiſcopum Feltren. unum ex Præſiden-

Lib. I. capitul. Paul. II. fol. 189.

tibus in Camera Apoſtolica de mandato SS. D. N. Papæ, & ejuſdem SS. D. N. Papæ Theſaurieratus officium gerentem &c. de mandato, ut aſſeruit, SS. D. N. Papæ præfati ſibi vivæ vocis oraculo facto, ac ejuſdem, & Apoſtolicæ Cameræ vice, & nomine agentem, & ſtipulantem ex una, & honorabiles viros Æmilianum Piermattei de Orſinis de Fulgineo, & Petrum Paulum Franciſci de la Zeccha civem Romanum ſocios ſtipulantes, capitulantes, recipientes, & promittentes ex alia, partibus in, de, & ſuper Zeccha monetarum in Alma Urbe, & locis infraſcriptis per eoſdem Æmilianum, & Petrum Paulum, infraſcriptis modis, formis, pactis, & conditionibus exercenda, quorum capitulorum tenor ſequitur, & eſt talis, videlicet; in primis ſiquidem præfati Æmilianus, & Petrus Paulus promiſerunt cudere, vel cudi facere ducatos Papales ligæ XXIIII. *Caratorum juxta ligam auri ducatorum Venetorum, videlicet conformem ſagio, ſeu Tocchæ de conſilio, & in præſentia bonorum Mercatorum, ac Conſulum Bancheriorum, & Auriſabrorum hujus Almæ Urbis, & Supraſtantium, & Aſſagiatorum præfatæ Zecchæ nunc exiſtentium, faciendum, & pro Toccha ipſius Zecchæ deinceps perpetuò tenendam, & conſervandam, & quod quilibet Ducatus Papalis ſit, & eſſe debeat dimidium quarti unciæ, ideſt unum octavum unciæ, minus dimidio grano, qui octavus conſtituit denarios tres, qui tres denarii faciunt gra-*

granos 72. ad rationem XXIIII. *granorum pro quolibet denario, ita quod ducati Papales 96., cum duobus tertiis, ponderent unam libram, & ſint in uno latere Imagines SS. Petri, & Pauli cum litteris circum: S. Petrus S. Paulus. Roma; in alio latere arma Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ cum litteris circum, videlicet. Paulus PP. Secundus.*

Item præfati Æmilianus, & Petrus Paulus promiſerunt cudere, ſeu cudi facere Florenos de auro de Camera ligæ ſimiliter XXIIII. *Caratorum juxta ligam auri ducatorum Papalium, & Venetorum, videlicet conformem Tocchæ ſupradictæ, & quod quilibet Florenus ſit, & eſſe debeat granorum 69., & unius octavi grani, ita, quod Floreni* 100. *auri de Camera in auro hujuſmodi, ponderent unam libram auri, & ſit, & eſſe debeat in uno latere Imago Veronicæ cum litteris, circum circa. Alma Roma, in alio latere ſint arma SS. D. N. Papæ cum ſcuto diverſificato à ducato Papali, & circum circa ſint litteræ, videlicet. Paulus PP. Secundus.*

Item promiſerunt dicti Magiſtri Zecchæ cudere, ſeu cudi facere groſſos Papales de argento, in quibus ab uno latere ſint Imagines SS. Petri, & Pauli cum litteris circum, videlicet. S. Petrus S. Paulus. Alma Roma, ab alio latere arma Sanctiſſimi D. Noſtri Papæ cum mitra Papali deſuper, & cum litteris circum. Paulus PP. ſecundus, & quilibet groſſus ſit ponderis trium denariorum, & quinque granorum

cum

cum uno quinto alterius grani, & teneat de liga argenti fini, pro qualibet libra, undecim uncias, & tres denarios, & quod 89. groſſi cum dimidio perficiant pondus unius libræ, & habeant de remedio, videlicet de liga, tres denarios pro qualibet libra, & de pondere dumtaxat unum denarium. Et ita &c.

IV.

PAULUS PP. II. PONT. MAX. A. I. ſtemma, ut ſupra.

S. PETRUS S. PAULUS. PROVINCIÆ DUCAT. SS. Apoſtoli ſtantes, ut ſupra, in medio Monetarii ſignum, ut in altero denario Pii Secundi.

Nummus hic Avenione cuſus eſt, eo tempore, quo Renatus Provinciæ Andegavi Comes, Neapolitani Regni hæres à Joanna II. Regina teſtamento relictus fuit, adverſus Alfonſum Aragoniæ Regem, ab eadem Joanna in filii locum, olim adſcitum; & licet ea adoptio improbata, ac reſciſſa fuerit, tamen, & ſi regnum illud, extincta Joanna poſtrema ex Caroli I. Andegavenſis ſtirpe, ad ſupremum Romanæ Eccleſiæ dominium jure devolutum eſſet, Eugenius Pontifex, primum Renato favere viſus eſt anno 1435., diviſo in partes univerſo regno, aliis Renatum, aliis Alfonſum ad imperium vocantibus, ſed cum res male ceſſiſſet, coactus eſt Renatus in Gallias redire: defuncto autem Alfonſo, cui Ferdinandus, ex minus juſtis nuptiis, filius ſucceſ-

ceſſit, Renatus, Caroli VII. Galliarum Regis auxiliis confiſus, in Italiam rediit, & feliciter ad Sarnum, collatis ſignis pugnans, Ferdinandi copias delevit anno 1460., ſed verſa deinde, Fortunæ alea, Regno Neapolitano iterum ejectus, bellum renovare meditabatur; hoc, cum avertere Paulus II., Pontificatus initio, cuperet, ad ſedandas inter utrumque Regem diſcordias, hæc tractatio haberi cœpta eſt, ut nempe Pontifex Avenionem, & Venaiſinum Comitatum Renato traderet, ea tamen lege, ut hic, omnia in regnum utriuſque Siciliæ jura in perpetuum dimitteret, & Ferdinandus Aquilæ Veſtinorum Urbis, ejuſque agri poſſeſſionem Eccleſiæ Romanæ redderet, ſed hæc tractatio diù agitata, tandem evanuit, cum interea Renatus in Inſula Ænaria victus, fugatuſque, in Provinciam redierit. Vide Caſtruccium in Hiſtoria Urbis Avenionenſis fusè hæc narrantem lib. 3. cap. 3. num. 2. pag. 340.

V.

PAULUS PP. II. MAX. ANCON. ſtemma, ut ſupra.

SANCTUS PETRUS APOSTO. *S. Petrus* in navicula retem ambabus manibus tenens.

Paulo II. Pontifice. Alexander Oliva S.R.E. Cardinalis, Anconitanæ Marchiæ Legatus anno 1469. concordiam inter Anconitanos, & Æſinos cives, qui diuturnis ſimultatibus mutuo

ſeſe

ſeſe divexaverant, conſtituit, ut narrat Julianus Saracinus Hiſto. Anconit. parte 2. lib. x. pag. 274. quamobrem eo tempore denarius hic percuſſus fuiſſe videtur, cum longe diverſi ſint, qui ejuſdem Urbis nomine (& ſi pontificio pareret imperio) percuſſi viſuntur.

VI.

PAULUS PP. SECUNDUS. ſtemma, ut ſupra.

ALMA ROMA. Pontifex ſedens ſolemni Pontificia veſte indutus, qui Tiaram triplici Corona redimitam tenens, dextera benedicit, ſiniſtra volumen gerit.

VII.

PAULUS PAPA II. ſtemma, ut ſupra.

DUCAT. SPOLETANI. S. Petrus in navicula retem trahens.

XISTUS IV.


ERANCISCVS ROBOREVS SAVONENSIS
ELECTVS
V. IDVS AVGVST. MCCCCLXXI.
OBIIT
PRIDIE IDVS AVGVST. MCCCCLXXXIV.


I.


SIXTUS PP. QUARTUS. ſcutum gentilitium, in quo robur, ſeu quercus aurea: ſupra claves, & Tiara.


SAN-


UNIV. OF MICH.





SIXTVS PP QVARTVS
I
AV
SANCTVS PETRVS ALMA ROMA


SIXTVS IIII PONT MAX VRBE REST
II
AR
VTILITATI PVBLICAE


SIXTVS PP QVARTVS
III
AR
ROMA


SIXTVS IIII PONT MAX
IV
AR
VTILITATI PVBLICAE


SIXTVS PP IIII
V
AR

SANCTUS PETRUS. ALMA ROMA *S. Petrus* in navicula retem trahens.

Hujus nomen, contra Ortographiæ leges (Sixtus) conſtanter, cum in nummis, tum in numiſmatibus Pontificum legitur, quem errorem ſequutus eſt monetarius etiam in altero hujus nominis Pontifice, qui Sæculo XVI. exeunte fuit; Xyſtus enim à græca voce dicendus fuerat non Sixtus, ut rectè monuere, qui orthographicas res tractarunt.

In aureo hoc denario, quem proferimus, primum occurrit D. Petri imago in navicula, retia in mare projecta, tenentis, ad quam naviculam lepide alluſit ejuſdem ævi ſcriptor Joannes Jovianus Pontanus in feſtivis Dialogis Oper. To. 2. pag. 327. Edit. Baſil. ubi ait: *An Oceano vectari cupitis aurea navicula*: quem locum initio Tom. 1. explicavit Petrus Summontius, qui primus Pontani opera edidit, ſcribens: *per naviculæ imaginem pontificios aureos deſignat*.

II.

SIXTUS IIII. PONT. MAX URBE REST. Pontificis caput

PUBLICÆ UTILITATI. ſtemma, ut ſupra.

Jure merito Xiſtus Urbem reſtauraſſe publicæ utilitati dicitur, primum enim *ad Romam exornandam omninò converſus, pontem jam primum disjectum (Aurelium ſcilicet) quem Romani cives*

merito ruptum vocabant, magna cura, & impenſa à fundamentis ex Tyburtino lapide reſtituit ad utilitatem Populi Romani, peregrinæque multitudinis ad Jubileum venturæ; ſuoque de nomine Xiſtum meritò appellari voluit. Ut ſcribit Platina in vita nondum edita ejuſdem Pontificis, quam morte præventus perficere non potuit (teſte Raynaldo ad an. 1484 n. 23.) Ædes quoque ſacras inſtaurare, & exornare aggreſſus eſt, opera uſus Georgii de Ruvere gentilis ſui, ſicuti docet inſcriptio poſita in Templo B. Mariæ de Sole ad Ripam Tyberis, quam refert Jo: Marius Creſcimbenius in Hiſtoria Italica Eccleſiæ S. Mariæ in Coſmedin Tom. 1. lib. 7. cap. 4. pag. 345., in qua Georgius iſte, de quo loquimur, vocatur *Sacrarum Ædium Urbis curator*. Ejuſdem Pontificis magnifica opera complectitur Epigramma, quod legere eſt in ipſius vita ab Panvinio conſcripta poſt Platinam fol. m. 264.

III.

SIXTUS PP. QUARTUS ſtemma, ut ſupra.

S. PAULUS. S. PETRUS. AN. JUBILEI. ROMA. ambo Apoſtoli ſtantes.

Jubilæum per Bonifacium VIII. An. Chriſti 1300 agi cœpit. Jubilæi verò nomen tum eſt auditum, cum Sixtus IV. an. 1471. ad Pontificatum aſſumptus, biennio poſt An. Chr. 1473. in

in Bulla, qua pleniſſima Fideles indulgentia donavit, eandem appellavit Jubilæum. Primo quolibet ſæculo Jubilæum recurrebat. Clemens verò VI. an. 1342 quolibet anno quinquageſimo; Gregorius deinde XI. quolibet trigeſimo tertio; Paulus denique II. quolibet vigeſimo quinto, uti & fit in preſentia, celebrari juſſit.

Annum Jubileum, ex quinquageſimo ad vigeſimum quintum contractum, celebravit Xiſtus IV. anno 1475, quo hic nummus percuſſus eſt. Et licet, ut ſcribit Carolus Sigonius de Epiſcopis Bononienſibus lib. 4. pag. 203, ob bellorum ſuſpiciones, infeſtaque itinera non Romam advenerit ingens ille peregrinorum numerus, qui confluxerat Nicolai V. tempore, multi tamen ad Urbem venere, magnificè à Xiſto excepti viri nobiles, & ſuprema dignitate conſpicui, inter quos Ferdinandus utriuſque Siciliæ Rex; rem narrat Stephanus Infeſſura in diariis Rer. Roman., cujus verba italica referimus ex Codice Vaticano, cum ejus opus, ab Eccardo evulgatum, innumeris ſcateat mendis, illius igitur verba ſunt. *Dell' anno 1475 adì 6 de Jennaro, Rè Ferrante venne a Roma allo perdono, e menò con eſſo molti Baroni, e Signori anco, con molti ſalconi, ſicche occiſero quanti Nibbj ſtevano nei paeſi noſtri, & donò a Santo Pietro, & Santo Paolo, & Santo Joanni Laterano uno Pallio d' oro*

 per

per ciaſchuno: ideſt *die ſexta Januarii venit Romam Ferdinandus Rex, Religionis cauſa ad noxarum expiationem, & ſecum multos proceres, nobileſque viros adduxit, qui plures accipitres una attulere, à quibus omnes Milui, qui in agris noſtris erant, occiſi ſunt; dono dedit Rex Sacris D. Petri, D. Pauli, & D. Johannis in Laterano Ædibus, unicuique periſtroma auro intextum*; proſequitur auctor narrare, quanta honoris ſignificatione à Pontifice, Romanoque populo, exceptus Rex fuerit.

Hoc eodem anno 1475 officinæ monetariæ Præpoſiti fuere Æmilianus Petri Matthei de Orſinis de Fulgineo, & P. Paulus Franciſci della Zecca Romanus, ut legitur in Inſtrumento, quod ſubjicimus.

Anno 1475 die 30 Januarii Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri D. Sixti Divina Providentia Papæ IIII. anno quarto. Inſtrumenta ſunt Pacta, Conventiones, & Capitula inita, facta, concluſa, & firmata inter Rm̃um P. D. Vincentium de Albergatis Prothonotarium Bononien. Rm̃i in Chriſto Patris, & Dñi D. Latini Epiſcopi Tuſculani Cardinalis de Urſinis Domini Papæ Camerarii in Apoſtolica Camera L. Tenen., ejuſdem Cameræ Apoſtolicæ nomine agentem, ſtipulantem, capitulantem, recipientem, & promittentem ex una, & honorabilem Virum Æmilianum Pier Matthei de Orſinis de Fulgineo pro ſe ipſo, & Petro Paulo Fran-

Lib. 2. capitul. Sixti IV. fol. 78.

Franciſci della Zeccha Cive Romano, & ſocio ſuo abſente, agen. ſtipulantem, capitulantem, recipientem, promittentem ex alia, partibus inde, & ſuper Zeccha monetarum in Alma Urbe, & locis infraſcriptis, per eoſdem Æmilianum, & Petrum Paulum infraſcriptis modis, formis, pactis, & conditionibus exercen., quorum capitulorum tenor ſequitur extenſus.

In primis ſiquidem, præfatus Æmilianus prædicto nomine promiſit cudere, ſeu cudi facere Ducatos Papales ligæ XXIIII *Caractorum juxta ligam auri Ducatorum Venetorum, videlicet conformem ſaggio, ſeu Tocchæ de conſilio, & in preſentia bonorum Mercatorum, ac Conſulum Banchariorum, & auri Fabrorum hujus almæ Urbis, & ſuperaſtantium, & aſſaggiatorum præfatæ Zecchæ nunc exiſtentium faciendam, & pro toccha ipſius Zecchæ, deinceps perpetuo tenendam, & conſervandam, & quod quilibet Ducatus Papalis ſit, & eſſe debeat dimidium quarti unciæ, ideſt unum octavum unciæ minus dimidio grano, qui octavus conſtituat denarios tres, qui tres denarii faciunt granos 72. ad rationem 24. granorum pro quolibet denario; ita quod Ducati Papales 96 cum duobus tertiis ponderent unam libram, & ſint in uno latere Imagines SS. Petri, & Pauli cum litteris circum S. Petrus S. Paulus Roma, in alio latere Arma SS. Domini Noſtri Papæ cum litteris circum videlicet Sixtus Papa Quartus.*

Item

Item præſatus Æmilianus prædicto nomine promiſit cudere, vel cudi facere Florenos de auro de Camera ligæ ſimiliter 24. Caractorum juxta ligam auri Ducatorum Papalium, & Venetorum videlicet, conformem Tocchæ ſupradictæ, & quod quilibet florenus ſit, & eſſe debeat granorum 69. & unius octavi grani, ita quod Floreni 100. auri de Camera in auro ejuſmodi ponderent unam libram auri, & ſit, & eſſe debeat in uno latere navicula piſcatoris cum litteris circum. Sanctus Petrus. Alma Roma, in alio latere ſint Arma SS. D. N. Papæ cum ſcuto diverſificato à Ducato Papali, & circum circa ſint litteræ videlicet. Sixtus Papa Quartus.

Item promiſit dictus Æmilianus, ut ſupra cudere, vel cudi facere groſſos Papales de argento, in quibus in uno latere ſint Imagines SS. Petri, & Pauli cum litteris circum videlicet. S. Petrus S. Paulus. Roma, ab alio latere arma SS. D. N. Papæ cum Mitra Papali deſuper, & cum his litteris circum Sixtus PP. Quartus, & quilibet groſſus ſit ponderis trium denariorum, & quinque granorum cum uno quinto alterius grani, & teneat de liga argenti fini pro qualibet libra undecim uncias, & tres denarios, & quod 89. groſſi cum dimidio perficiant pondus unius libræ, & habeant de remedio, videlicet de liga tres denarios pro qualibet libra, & de pondere dumtaxat unum denarium. Et ita &c.

IV.

SIXTUS IIII. PONT. MAX. MACERA. Caput Pontificis, ut ſupra.

PUBLICÆ UTILITATI. Stemma, ut ſupra

V.

SIXTUS PP. IIII. ſtemma, ut ſupra.

S. LAUREN. D. VITERB. *S. Laurentius* ſtans ante Craticulam ferream, in qua aſſatus fuerat, diaconali veſte indutus: dextera palmam, ſiniſtra librum tenet.

Fuiſſe ante Xiſtum IV. Viterbii, quæ vetus, & ſplendida Urbs eſt, monetariam officinam, ſatis arguit nummus à Felice Contelorio allatus libro de Præfecto Urbis cap. 4 pag. 20 poſt n. 45, dum ea Civitas in poteſtate eſſet familiæ Vicanæ, ſeu de Vico, quæ, & de Præfectis dicta fuit, cum Præfecturæ dignitas in ea fuiſſet per duo, & amplius ſæcula; in illius nummi adverſa parte eſt, totam aream occupans, littera P., quæ prima eſt nominis Præfecti, & in averſa parte leo effictus (Viterbii inſigne) ſex panibus ad nummi oram diſpoſitis, qui ab uno quoque piſtoriæ artis in ſingulos dies Præfecto Urbis pendebantur, in noſtro autem denario viſitur imago S. Laurentii, Viterbienſis Urbis Tutelaris, ad ſignificandam erga eumdem Martyrem Civium Religionem.

IN-

INNOCENTIUS VIII.

JOANNES BAPTISTA CYBO JANVENSIS
ELECTVS
IV. KAL. SEPTEMBR. MCCCCLXXXIV.
OBIIT
VIII. KAL. AVGVSTI MCCCCXCII.


I.

INNOCENTIUS PP. VIII. Scutum, in quo ſuperius eſt crux, inferius faſcia tranſverſa cubis interſtincta.

SANCTUS PETRUS. ALMA ROMA. *S. Petrus* in navicula retia tenens, ut in ſuperiori aureo Sixti IV. denario.

Inſignia Innocentii Pontificis viſuntur in adverſa nummi parte; gentilitium hoc ſtemma fuit Cyboæ gentis, quæ, & Genuæ, & Neapoli claruit, atque in hac altera Urbe, Thomacellorum nomine dicta eſt, ex qua fuit Bonifacius IX Pontifex, ut in ejus marmoreo ſimulacro in Baſilica D. Pauli, videre licet, in cujus baſi legitur fuiſſe genere Cybo. De hac vetuſta, claraque familia, & ejuſdem Innocentii geſtis, diſſeruit Leonellus Epiſcopus Concordienſis in oratione, quam habuit ad ſacrum Cardinalium cœtum in obitu ejuſdem Pontificis, quam operi ſuo, de Epiſcopis Urbis, intexuit Papirius Maſſonus lib.6. pag.360, fuſius autem, & accura-

UNIV. OF MICH.


I
AV
INNOCEN
PETRVS
II
AR
INOCENCIV
GLORIA IN EXCELSIS D
III
AR
INNOCEN
PETRVS
PAVLVS
IV
AR
INNOCEN
CLAVES REGNI CELORVM
V
AE
INNOCENCIVS OCTAVVS
VI
AE

ratius Franciſcus Maria Vialardus italico ſermone in vitæ initio. Ex hac familia prodiit, qui modo ſumma in omnium exiſtimatione eſt, Camillus S. R. E. Card. ampliſſimus, vitæ probitate, morum ſuavitate, ac doctrina, nobiliſſimum genus condecorans.

II.

INNOCENCIU. PP. OCTAVUS. Pontifex ſedens pontificali habitu indutus, dextera benedicit, ſiniſtra crucem patriarchalem tenet.

GLORIA IN EXCELSIS D. duæ claves decuſſatæ. Supra Tiara, tribus coronis ornata, infra AVISE.

Avenione cuſus nummus eſt, & ſi urbis nomen typi ſcalptor perperam expreſſerit; initio Pontificatus Innocentius, illius Provinciæ jura ad Romanam Eccleſiam ſpectantia, ut redintegraret, anno 1486 apud Carolum Octavum Galliæ Regem, qui paulo ante Ludovico XI Patri ſucceſſerat, inſtetit, ut ſibi redderentur Comitatus Valentinenſis, & Dienſis. Hos reſtitutos ab eodem Ludovico Pontifici Pio II., jam diximus, ſed poſt Pii obitum, per vim occupati fuerant; reſponſum autem Pontifex à Rege accepit, controverſiam hanc, conſtitutis mutua conſenſione arbitris, amice tranſigi poſſe, verum Innocentio graviſſimis curis occupato, res in aliud tempus prolata eſt, vide Fantonum Ca-

ſtruccium in Hiſtoria Avenionen. lib. 9. cap. 3. num. 12. & ſeqq.

Hic apponere viſum eſt Inſtrumentum Contractus inter Pontificis Vice-Camerarium, & Antonium de Altovitis, cui Romana monetaria officina locata fuit.

Anno 1487 die 30 Maii Pontificatus SS. in Chriſto Patris, & Domini Noſtri, Domini Innocentii Divina Providentia Papæ Octavi anno tertio. Inſtrumenta ſunt Pacta, Conventiones, & Capitula inita, facta, concluſa, & firmata inter Reverendum P. D. Joannem de Nigris Apoſtolicæ Sedis Prothonotarium, SS. Domini Noſtri Papæ Vice-Camerarium pro SS. D. N., & Camera Apoſtolica ſtipulantem, capitulantem, recipientem, & promittentem ex una, & honorabilem virum Dominum Antonium de Altovitis Mercatorem Florentinum Romanam Curiam ſequentem, præſentem, agentem, ſtipulantem, capitulantem, recipientem, & promittentem ex alia, partibus inde, & ſuper Zeccha Monetarum in Alma Urbe, & locis infraſcriptis per eundem Antonium modis, & formis, ac pactis, & conditionibus exercendis, quorum Capitulorum tenor ſequitur, & eſt talis, videlicet.

Lib. 1. Capitul. Innocen. VIII. fol. 117.

In primis ſiquidem præfatus Antonius promiſit cudere, vel cudi facere Ducatos Papales juxta ligam auri Ducatorum Venetorum, videlicet conformem ſaggio, ſeu Tocchæ de Conſilio, & in præſentia bo-

bonorum Mercatorum, ac Conſulum Banchariorum, & auri Fabrorum hujus almæ Urbis, & ſuperaſtantium, ac aſſagiatorum præfatæ Zecchæ jamdiu factam, & ſervatam hucuſque in Zeccha in quadam ſcatola ſigillata, & quod quilibet Ducatus Papalis ſit, & eſſe debeat dimidium quarti unciæ, ideſt unum octavum unciæ minus dimidio grano, qui octavus conſtituit denarios tres, qui tres denarii faciunt granos 72. ad rationem XXIIII. *granorum pro quolibet denario; ita quod Ducati Papales 96. cum duobus tertiis ponderent unam libram, & ſint in uno latere Imagines SS. Petri, & Pauli cum litteris circum S. Petrus S. Paulus. Roma, in alio latere Arma Sanctiſſimi D. N. Papæ cum litteris circum Innocentius PP. VIII.*

Item præfatus Antonius promiſit cudere, ſeu cudi facere Florenos de auro de Camera juxta ligam auri Ducatorum Papalium, & Venetorum, videlicet conformem Tocchæ ſupradictæ, & quod quilibet Florenus ſit granorum 69, & unius octavi, ita quod Floreni 100. *auri de Camera in auro hujuſmodi, ponderent unam libram auri, & ſit, & eſſe debeat in uno latere Navicula Piſcatoris cum litteris circum Sanctus Petrus. Alma Roma, in alio latere ſint arma SS. D. N. Papæ cum ſcuto diverſificato à Ducato Papali, & circum circa ſint litteræ, videlicet. Innocentius PP. VIII.*

Item promiſit dictus Antonius cudere, ſe cudi

 ſa-

facere groſſos Papales de liga unciarum undecim cum remedio denariorum duorum, hoc eſt unius excedentis, & alterius deficientis infra pondus dd. unciarum undecim, quodque groſſi, ſi in generali ſaggio reperientur eſſe minoris ligæ, quam undecim unciarum, dummodo non minoris uno denario, illud ad Cameram Papæ pertineat, ſi verò majoris eſſe contigerit, dummodo non pluris uno denario, Zeccherii prædicti illius pluris creditores eſſe debeant, & quod in fine locationis dd. quinque annorum eis factæ, compuputum fieri debeat de omnibus ſaggis generalibus, ita, quod computato totali exceſſu cum defectu, id quod minus reviſetur, quam undecim uncias, ad Cameram debeat pertinere, & quilibet ex cudendis groſſis prædictis ſit ponderis denariorum trium, & grani unius $\frac{1}{4}$ alterius grani, & 93. groſſi, cum tribus quartis alterius groſſi, ſint ponderis unius libræ, & pondus unius libræ conſtituat, & habeat de remedio in pondere unum denarium; & poſſit etiam dictus Zeccherius facere groſſos duplices, qui valeant pro quolibet, groſſos duos, & quatruplices, qui valeant quatuor juxta voluntatem eorum, qui argentos eis dederint, etiam ubi dabantur prius pro qualibet libra argenti fini groſſi 93. cum tribus quartis, de cudendis præmiſſis dentur pro qualibet libra groſſi 99, & ita &c.

III.

INNOCENTIUS PP. VIII. Stemma, ut ſupra.

S. PAULUS. S. PETRUS. MACE. ambo Apoſtoli ſtantes, ut in præcedentibus nummis, & monetarii ſignum.

Maceratæ, quæ præcipua Piceni Urbs eſt, percuſſus nummus, in mentem revocat, quam vexata fuerit ea Provincia Innocentio VIII ſedente, Buccolinus enim Guzzonus, per ſummum ſcelus, Auximum patriam ſuam occupaverat, ac in ea Tyrannidem conſtituerat, quam, ut firmaret, Turcas evocarat, inita ſocietate cum Bajazethe, cui pollicitus fuerat totius Piceni dominatum, verum ad tam exitiale incendium extinguendum, adcurrentibus Italicis Principibus, obſeſſoque Auximo, ea Urbe, per militarem pactionem, exceſſit Buccolinus, qui Mediolanum accitus à Galeatio Maria Duce, juſſu ejuſdem, fracta laqueo gula, debitas tot ſcelerum pœnas dedit; hæc prolixè narrat Aloyſius Martorellus in Hiſtoria Auximi italica lingua conſcripta lib. 5. cap. 1. pag. 350.

IV.

INNOCENTIUS PP. VIII. ſtemma, ut ſupra.

CLAVES REGNI CÆLORUM. claves decuſſatæ, alligatæque haſtæ Umbellæ, quam Confalonem dicunt.

IN-

V.

INNOCENTIUS PP. OCTAUS. Pontifex ſedens, qui dextera benedicit, ſiniſtra crucem tenet.

SANCTUS PETRUS. Crux interiorem nummi aream interſecans, & ad unumquodque latus, binæ claves decuſſatæ.

Ambo hi nummi, ex eo miſſilium genere putandi ſunt, quos Summi Pontifices, in Lateranenſis Eccleſiæ poſſeſſione, populo ſpargere conſuevere, quem Ritum de Innocentio VIII. loquens, multis retulit Johannes Burcardus Cœremoniarum Magiſter, atque ipſius verba annalibus Eccleſiaſticis intexuit Odericus Raynaldus ad a. 1484. n. 56. & 58. *Pontifex Innocentius accepit de gremio Domini Falconis Theſaurarii ſui tres pugillatas quatrenorum, & denariorum minutorum ſucceſſive, & inter populum projecit, dicens, argentum, & aurum non eſt mihi, quod autem habeo, hoc tibi do*: & inde. *Papa ſedens amictus, ut præfertur, accepit de gremio Domini Falconis de Sinibaldis Protonotarii, Theſaurarii ſui, tres pugillatos Carlenorum, & alterius monetæ argenteæ, quas populo projecit, dicens, diſperſit dedit pauperibus*.

VI.

INNOCENTIUS PP. VIII. claves decuſſatæ, & ſupra Tiara Pontificia cruce ſignata.

AQUILANA LIBERTAS Aquila coronata, alis, pedibuſque expanſis, Aquilanæ urbis inſigne

Cum

Cum Neapolitani Proceres, in Ferdinandum Aragonium Regem concitati ob captum Comitem Montorium, populos novis vectigalibus preſſos ad rebellionem commoverent, primi omnium Aquilæ, in Veſtinis, cives, Regiis præſidiariis militibus ejectis, occiſoque Ciccinellio Prætore, arma ſumpſere menſe Octobri 1485, ut refert Bernardinus Cirillus in annalibus Italicis dictæ Urbis lib. 8. fol. 80. pag. 2. ipſique, per Veſpaſianum Gaglioffum, primarium civem, Romam miſſum, Innocentio ſuaſere, ut eos tutandos, fovendoſque ſuſciperet, & ſtatim *Pontificis ſigna in foro erexere*; & inde; *nummos æneos ſtatim cudunt, quorum altera parte claves Apoſtolicæ Sedis inſignia, altera verò paſſis alis aquila, ſub cujus pedibus latinis litteris inciſa eſt Aquilana libertas*, uti ſcribit Johannes Albinus de geſtis Regum Aragon. Neap. de bello inteſtino pag. 72, qui eo bello interfuit, Alfonſi Calabriæ Ducis gratia pollens; grave hoc bellum fuit, auxilia præbentibus Pontifici, Venetis, & Genuenſibus, ac Regi, Florentina Reſpublica, & Mediolani Duce, ſed magis funeſtum reddidere inteſtini hoſtes, cum Urſini regias partes, pontificias autem Columnenſes ſequerentur, ita, ut latium omne, cædibus, ac vaſtationibus compleretur; tandem Ferdinandus, gallica arma metuens, quæ in ipſum Pontifex evocarat,

men-

menſe Auguſti 1486, cum Innocentio pacem conſtituit, ſed ipſo concordiæ confirmandæ tempore, Regii milites, orto in Aquilana Urbe tumultu, eandem, pulſis Pontificiis, occuparunt, referente Stephano Infiſſura in diariis dicto anno: nummum hunc à nobis prolatum videre eſt etiam apud Ceſarem Antonium Vergaram in opere italico de moneta Regni Neapolitani pag. 84., & Aquilæ in Veſtinis percuſſum fuiſſe ex dictis liquet.

ALEXANDER VI.

RODERICVS LENZOLIVS BORGIA VALENTINVS
ELECTVS
III. ID. AVG. MCCCCXCII.
OBIIT
XV. KAL. SEPTEMBR. MDIII.

I.

ALEXANDER VI. PONT. MAX. in nummi area.

PRINCIPES APOSTOLORUM in ambitu; in medio SS. Petrus, & Paulus, inferius ſtemma gentilitium Pontificis, ac ſupra claves, & Tiara


II.

ALEXANDER PP. VI. ſtemma, ut ſupra.

SANCTUS PETRUS. ALMA ROMA *S. Petrus* in navicula retia tenens

Rodericus Lenzolius Borgia, qui ad ſummum

UNIV. OF MICH.


ALE XANDER VI PONT MAX
PRINCIPES APOSTOLORVM
I
AV
ALEXAND PP VI
SANCTVS PETRVS ALMA ROM
II
AV
ALEXANDER VI PONT MAX
ACCIPE CLAVES REGNI CELORVM
III
AR
ALEXANDER VI PONT MAX
IVSTIT PACIS Q CVLT AN IVBILE MD
IV
AR
ALEXANDER VI PONT MAX
S PAVLVS S PETRVS ANCO
V
AR
ALEX ANDER VI PONT MAX
VI
AR
VII
AE

mum Pontificatum evectus, Alexander appellari voluit: natus is erat Valentiæ in Hiſpania, Gotofredo Lenzolio patre, & Iſabella Borgia matre, Calliſti III. ſorore, ut teſtatur Johannes Mariana de Rebus Hiſpanicis lib. 26 cap. 1. Romam veniens, ab avunculo purputeo galero donatus, in familiam Borgiam cooptatus fuit, quamobrem Lenzoliæ familiæ inſignibus, quæ tres tranſverſas faſcias continent, gentilitium Borgiæ ſymbolum, in præſtantiori parmæ area addidit, ut in hiſce nummis cernitur, & in numiſmate à Philippo Bonanno Numiſ. Pont. tom. 1. pag. 115. relato, in quo utriuſque familiæ inſignia viſuntur, & cognomina Italica leguntur in epigraphe. RÓDERICO LENZOLIO DE BORGIA S. P. MCDXCII.

III.

ALEXANDER VI. PONT. MAX. ſtemma, ut ſupra.

ACCIPE CLAVES REGNI CÆLORUM D. Petrus flexis genibus, traditas ſibi à Chriſto Domino claves, accipit.

Denarius hic cuſus fuit ipſo Pontificatus initio, cum Alexander, ſummam dignitatem adeptus, profuſiſſima largitione, omnium, ac præcipue Romanorum benevolentiam ſibi comparaverat, eumq. referente Stephano Infiſſura oculato teſte in Diariis, maxima cum honoris ſignificatione proſequuti ſunt, dum ad Ba-

ſilicæ Lateranenſis poſſeſſionem pergeret: *die 26. menſis Auguſti coronatus fuit Alexander in S. Petro, deinde, prout de more, acceſſit ad Eccleſiam S. Johannis Laterani, cui per Urbem factus fuit maximus honor, multi arcus Triumphales, & magis, quam aliis Pontificibus factum fuerit per Populum Romanum potiſsimè:* Pompa hæc fuſe deſcribitur in ſummæ raritatis libro Epiſtolarum Petri Delphini lib. 3. Ep. 36.

IV.

ALEXANDER VI. PONT. MAX. ſtemma, ut ſupra JUSTIT. PACISQ. CULT. AN. JUBILE. MD. Caput Pontificis.

Viſitur Alexandri Pontificis vultus, forma, ac majeſtate quadam decorus, quamobrem Papirius Maſſonus de Epiſc. Urb. in ejus vita fol. 373. pag. 2. hæc de eo habet: *ex Jaſone Maino, magnæ exiſtimationis Juriſconſulto, ex cujus verbis diſcimus, in Alexandro fuiſſe formæ elegantiam, quæ virtuti ſuffragium adderet, latam frontem, regium ſupercilium, faciem liberalem, & majeſtatis plenam, ingenuum, & heroicum totius corporis decorem:* in nummi ambitu exornatur elogio Juſtitiæ, paciſque cultoris; ipſe ſanè primo Pontificatus ſui tempore, improborum hominum facinora coercuit, admittique juſſit, quolibet martis die, cujuſcumque conditiones homines, ut eorumdem querelas audiret, ac ut ſcri-

ſcribit Stephanus Infiſſura: *Juſtitiam miro modo facere cœpit*: poſtmodum vero, ut fert infirma hominum conditio, immoderato in ſuos, ac præcipue erga Cæſarem Borgiam, quem ad ſummam potentiam extulit, amore abreptus, ſæpius à debito officio deflexit, motuſque ideo, ac bella potius in Italia excitavit, quam extinxit, anno tamen Jobileo M.D., cum Bajazethes Turcarum Tyrannus, plures in Peloponneſo Urbes, ejectis Venetis, occupaſſet, Alexander Pontifex conatus eſt univerſos Europæ Principes, ſacra militia indicta, adverſus Turcas incitare, ſed res irrita ceſſit. Vide Raynald. ad d. an. n. 5. & ſeqq.

V.

ALEXANDER VI. PONT. MAX. Stemma, ut ſupra.

S. PAULUS S. PETRUS. ANCO. *SS. Petrus, & Paulus* ſtantes, primus enſem, alter claves tenet.

Narrat Julianus Saracenus Hiſtoriæ Italicæ Civit. Anconæ par. 2. lib. 10 pag. 295. Alexandrum, anno Pontificatus ſecundo, cenſum, quem in ſubjectionis ſignum, ea Urbs Apoſtolicæ Sedi quotannis pendere conſueverat, novo impoſito onere, graviorem reddidiſſe, aucto quoque prætio monetæ vulgati commercii, quos, non parvi momenti redditus in Cæſarem Borgiam Ducem Valentinum contulit.

VI.

ALEXANDER VI. PONT. MAX. in nummi area.

S. PETRUS MARCHIA. *S. Petrus* dextera clavem, ſiniſtra librum tenet.

VII.

ALEXA. VI. PO: MA. Stemma, ut ſupra.


DE ASCULO. Urbis portæ proſpectus, quem aliqui pontem dicunt, cum duabus Turribus, & ſupra ſtella, Urbis illius inſigne.

Alexander, Calliſti III. avunculi tempore, Piceni legatione functus eſt, uti apud Ciacconium poſtr. edit. Vit. Rom. Pont., & Cardd. Tom. 2. Col. 991., quamobrem, cum ad Pontificatum evectus eſſet, ſtatim hos nummos in eadem Provincia cuſos fuiſſe, non inveriſimile eſt.



PIUS III.

FRANCISCVS TVDESCHINVS PICCOLOMINEVS SENENSIS ELECTVS X. KAL. OCTOBRIS MDIII. OBIIT XVI. KAL. NOVEMBR. MDIII.



Servabatur Romæ in muſeo Marii Piccolominei Senenſis, viri, non tam nobilitate, quam probitate morum maximè conſpicui, ac utriuſque Pii II., & III. gentilis, aureus Pii III. nummus, cujus meminit in notitia Monet. Pontif. Xaverius Scilla pag. 129, 216, verum, cum ſingularis fuerit, hoc non modicam nobis ſuſpicionem ingeſſit, quod arte, numero addito, Pii Secundi aureus denarius, in Pii III nummum migraverit; nam unus alteri adeo ſimilis erat, ut uterque eodem typo percuſſus videretur; præterea apud eundem erant alii quoq. argentei denarii Pii II., qui addito, viriculi arte, numero II. altero I, illos huic Pio referebant,

bant, tamen fraus manifeſtè apparebat, quamobrem illum conſulto omiſimus, ne adulterinum pro vero obtruderemus.

JULIUS II.

JVLIANVS ROBOREVS SAVONENSIS
ELECTVS
KAL. NOVEMBR. MDIII.
OBIIT
IV. ID. FEBRVAR. MDXIII.


I.

JULIUS II. PONT. MAX. Stemma Gentilitium, in quo robur, ſeu quercus aurea, ſupra claves, & Tiara.


S. PETRUS. ALMA ROMA. *S. Petrus* in navicula, ut in ſuperioribus denariis.

Roborea familia, ex qua prodiit Julius II., Xiſti IV. ex fratre Baptiſta nepos, originem traxit ex ea gente, quæ Auguſtæ Pretoriæ Taurinorum in Subalpinis eodem cognomine prænobilis, ac vetuſta habita fuit, & deinde ad vada Sabatia in Liguria (Savonam dicunt) ſedem fixit, ſi Panvinio fides in vita Xiſti IV. poſt Platinam pag. m. 258; alii autem roboreum genus ducunt à præclara Comitum Suveræ, in ditione Senenſi, gente, & argumento eſt, quod hac de cauſa Comitatu illo à Senenſi Republica Julius

TAB. I


PONT MAX IVLIVS II
SANCTVS PETRVS ALMA ROMA
I
AV
PONT MAX IVLIVS II
BONE IVLATI RANVOL LIBERAT
II
AV
MAXIMVS IVLIVS II PONTIFEX
PAX ROMANA
III
AR
MAXIMVS IVLIVS II PONTIFEX
FVNDATORI ECCLESIAE
ROMA
IV
AR
MAXIMVS IVLIVS II PONTIFEX
LVMINARIA VERA FIDEI
ROMA
V
AR
IVLIVS LIGVR II PONT M
FVNDATORES RO ECCL
VI
AR

UNIV. OF MICH.


VII
AR
MAXIMVS IVLIVS II P ONTIFEX
S P BONON IA DOCET
VIII
AR
IX
AR
IVLIVS II PONT MAX
X
AR
S PAVLVS S PETRVS
XI
IVLIVS PAPA II
XII
Æ
IVLIVS II P M
REGIVM LEPIDI

UNIV. OF MICH.

lius donatus eſt, tanquam majorum ſuorum patrimonio, ut refert Orlandus Malavoltus in Hiſtoria Senenſi italicè conſcripta lib. 7. pag. 115, part. 3. Gentilitium huic familiæ ſtemma fuit robur glandifera, ac duriſſima arbor, ſive mavis, quercus aurea, & hanc, poſt Xiſtum patruum, nummis Julius perpetuo impreſſit.

II.

JULIUS II. PONT. MAX. Stemma, ut ſupra.

BON. P. JUL. A TYRANNO LIBERAT. S. Petrus ſtans

Ut Romanæ Eccleſiæ imperio reſtitueret Julius Pontifex Bononiam, quam Urbem impotenti Tyrannide Bentivolorum familia occupaverat, icto, cum Ludovico XIII. Galliæ Rege fœdere, validis copiis ſtipatus, ad eam Urbem proficiſci ſtatuit, Romaque diſceſſit die 26 Auguſti 1506., iter proſequutus, & Forum Livii ingreſſus, ſeverum evulgavit edictum, quo Bononienſes cives Majeſtatis reos fore pronunciavit, cenſuriſque Eccleſiaſticis percuſſos, ſi novem dierum ſpatio, Bentivolos Bononia, ejuſque agro, non ejeciſſent: in pontificio hoc diplomate inter alia delicta, quæ commiſſa à Johanne Bentivolo afferuntur, hoc quoque additur, quod *ad regium faſtigium adſpirans, ſub quæſito colore Imperialis licentiæ, monetam nomine ſuo cudi fecit, Johannem Secundum more legitimorum Principum,* in

in monetis ſe inſcribendo: integrum diploma hoc legitur apud Raynaldum Tom. xx. Annal. Eccl. ad an. 1506 num. 25. Verum, cum Gallicæ copiæ à Rege ſubmiſſæ, ad Urbis illius portas adveniſſent, Bentivolus, ſeptuagenarius ſenex, animum deſpondens, Ciamonte Gallici exercitus ſupremo Duce ſequeſtro, pactis cum Julio conditionibus, filiis, totaque familia comitatus, Bononia relicta, Mediolanum conceſſit. Pontificem die quarta Novembris in eam Urbem ingreſſum, plaudentes cives maxima cum pompa excepere, Julii iter, ac ingreſſum, carminibus deſcripſit Hadrianus Cardinalis Caſteldenſis apud Ciacconium poſtremæ edit. in Vita Julii II. Tom. 3. col. 225. Cherubinus Ghirardaccius in Hiſtoria Bononienſi parte 3., nondum typis evulgata, quam legendi mihi copiam, pro ſua humanitate, ac in litteras ſtudio, fecit Emus Princeps Johannes Antonius Card. de Via. ita ſcribit, inter cætera, de hac pompa loquens: *Avanti a lui (Giulio II.) andava Giovanni Gozadini Datario del Papa con un'altro, ſpargendo al popolo denari d'argento, e d'oro, la qual moneta da una parte aveva queſte lettere. Bononia per Julium à Tyranno liberata, e dall' altra parte. Julius II Pont. Max., ſi gettarono in tutto tre mila ducati fra oro, e moneta*: ideſt: *Procedebat ante Pontificem Johannes Gozadinus, qui Datarii, ut vo-*

vocant, munere fungebatur, una cum altero, & ambo nummos per populum ſpargebant, argenteos, & aureos, in quibus in averſa parte hæ litteræ inſcriptæ erant: Bononia per Julium à Tyranno liberata, & in adverſa Julius II. Pont. Max.; effuſa fuit utriuſque metalli moneta ad valorem trium millium ducatorum; Inſcripta legebantur in temporariis Triumphalibus arcubus ad treſdecim, in honorem Julii extructis à Bononienſibus civibus, eadem ferè verba, quæ nummis impreſſa fuere, illorum enim titulos refert Paris de Graſſis Pontificii ſacelli ſacrarum cœremoniarum Magiſter in Diariis Cœremonial. MSS., ſcilicet. *Julio II. Tyrannorum expulſori: Liberatori Patriæ: Tranquillitatis largitori: Bononia à Tyrannide liberata*, alioſque ſimiles.

III.

JULIUS II. PONTIFEX MAXIMUS. Pontificis caput.
PAX ROMANA. Stemma Pontificis.

Julius Pontifex, cum Alfonſo, Sedis Apoſtolicæ beneficio, Duci Ferrariæ bellum intuliſſet, Ludovicus Galliæ Rex, hujus patrocinium ſuſcipiens, Pontificis hoſtis effectus eſt, profligatoque inde eccleſiaſtico exercitu, cui præerat Franciſcus Maria Urbini Dux, Julii ex fratre nepos, Rex Bononiam, Pontifici ereptam, Bentivolis tradidit, ſpretiſque minis, ſacriſque Anathematis telis, attractiſque in ſuas

partes aliquot ex S. R. E. Cardinalibus, ad convellendam illius auctoritatem, pſeudo-concilium Piſis indixit; adverſus hoc aliud legitimum, ac univerſale in Baſilica Lateranenſi habendum Julius quoque denunciavit, diplomate dato XV. Kal. Aug. 1511: vide Raynaldum ad d. annum num. 9. Interea Populus Romanus, ne ob diſcordias, ac ſimultates, quæ inter Guelfos, ac Gibellinos in Urbe vigebant, publica, ac Patrum, qui ad Concilium adventuri erant, quies perturbaretur, utriuſque factionis principes, quos cæteri cives ſequebantur, Columnenſes, & Urſinos ad pacem ſollicitavit, quæ communi conſenſu, ac gaudio inita eſt undecima Auguſti die ejuſdem anni: operæ pretium duxi hujus concordiæ acta publica evulgare, quæ noſtræ monetæ annum, qua fuit percuſſa, veluti clavo, figunt. Ea debere me fateor ſummo Amico meo, & nunquam ſatis laudato Viro Franciſco Valeſio, ingenii, & judicii præſtantia, eque, ac morum probitate, atque eruditione clariſſ.

In nomine Domini Amen. Præſenti publico Inſtrumento cunctis pateat evidenter, & ſit notum, quod anno à Nativitate D. N. Jeſu Chriſti MDXI. *Indictione* XIV., *die* XXVIII. *Menſis Auguſti, Pontificatus SS. in Chriſto Patris, & Domini Noſtri, D. Julii divina providentia Papæ II. anno ejus octa-*

vo.

vo. In præſentia mei Notarii, congregati, & coadunati in unum in ſecunda Sala Magnificorum DD. Conſervatorum DD. Gaſparis de Sanguineis, Julii de Alberteſchis I. V. D., & Gabrielis de Valentinis Almæ Urbis Conſervatorum, coram Capitibus Regionum, & Officialibus, ac univerſis Patritiis, Civibus, & Populo Romano: ſpectabiles, Magnifici, & Reverendi Patres Domini.

Julius de Urſinis
Fabritius Columna
R.P.D. Aldobrandinus Urſinus Archiepiſcopus Nicoſien.
R. P. D. Andreas de Valle Epiſcopus
R. P. D. Nicolaus de Capranica
R. P. D. Pompejus de Columna Epiſcopus Reatinus
D. Robertus de Urſinis
D. Proſper de Cavis
D. Franciottus Urſinus
D. Joannes de Comitibus
D. Silvius Sabellus
D. Antimus Sabellus
D. Jo: Georgius de Ceſarinis, & pro eo Paulus Planca
D. Fabius de domo Anguillaria
D. Baptiſta de Stabia.
Omnes Domicelli Romani, ac Deputati à Populo Romano.
Mag. D. Antonius de Petruccis

Mag. D. Paulus Colæ Joannis.
Mag. D. Stephanus Carbonus
Mag. D. Marcellus de Palonibus
Mag. D. Jacobus de Frajapanibus
Mag. D. Franciſcus de Cinciis
Mag. D. Proſper Mutus
Mag. D. Julianus de Capranica
Mag. D. Laurentius Nuccioli
Mag. D. Antonius Gracchus
Mag. D. . . . .
Mag. D. Joannes de Caporcinis
M. D. *Conſtantius de Palonibus*
M. D. *Franciſcus de Naris*
M. D. *Paulus de Capozucchis*
M. D. *Raphael de Caſalibus*
M. D. *Antonius de Zoccolis*
M. D. *Petrus Paulus Millinus*
M. D. *Franciſcus Scapuccius*
M. D. *Hippolitus Saxus*
M. D. *Antonius de Leonibus Doctor*
M. D. *Antonius de Macarotiis*
M. D. *Benedictus de Magiſtris*
M. D. *Andreas de Ruſticis*
M. D. *Paulus Planca*
M. D. *Baptiſta Palonus*
M. D. *Raimundus Capoferrus*
M. D. *Virgilius Cincius*
M. D. *Marcus de Tebaldis*

M. D. *Bartholomeus de Valle*
M. D. *Julius Alberinus*
M. D. *Julius de Tomarotiis*
M. D. *Marcus Antonius Alterius*
M. D. *Gabriel de Rubeis*
M. D. *Julianus Loctus*
M. D. *Marianus de Aſtallis*
M. D. *Marius Salamonius*
M. D. *Julius Petri Matthei*
M. D. *Jac. Petri Matthei*
M. D. *Antonius Frajapanis*
M. D. *Franciſcus de Fabiis*
M. D. *Franciſcus de Boccapadulis*
M. D. *Stephanus de Fabiis*
M. D. *Palutius de Mattheis*
M. D. *Petrus de Fabiis*
M. D. *Marius de Inſula*
M. D. *Jo: Antonius de Pierleonibus*
M. D. *Laurentius Bernardini*
M. D. *Franciſcus Teoli*
M. D. *Marianus Caſtellanus*
M. D. *Julius de Mattheis*
M. D. H*onufrius de Vellis*.

Spontè, unanimiter, & concorditer, nemine eorum diſcrepante, pro honore, & ſtatu, & exaltatione SS. D. N. Papæ, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Almæ Urbis, & totius Populi Romani, venerunt ad invicem ad bonam, veram, & mundam pacem, re-

remittentes ad invicem omnem injuriam, & offenſam, & in ſignum d. pacis præfatæ, Illmi Domini Julius de Urſinis ex una parte, pro ſe, & vice, & nomine omnium aliorum de domo Urſina, & omnium aliorum adherentium dictæ domus, præſentium, & abſentium, & Fabritius Columna pro ſe, & vice, & nomine omnium aliorum de domo Columnenſi, & omnium aliorum adherentium ejuſdem domus, præſentium, & abſentium, partibus ex altera, dederunt ſibi ipſis ad invicem tactum manus, oſculum oris, & brachiorum amplexus in ſignum veræ, & mundæ, ſinceræ, puræ, fidelis, & perpetuæ pacis, omnibus ſupraſcriptis adſtantibus, præſentibus, videntibus, audientibus, acceptantibus, plaudentibus, & gratias ſummo, & pacifico Servatori noſtro Jeſu Chriſto, & ejus Sanctiſſimæ Matri ſemper Virgini Mariæ, Beatiſque Apoſtolis Petro, & Paulo Almæ Urbis protectoribus, agentibus, & orantibus, ut hujuſmodi pax, & reconciliatio firma, perpetua, & immaculata perduret, atque hoc dictæ Urbi fauſtum, felixque ſit, rogaverunt.

Actum, ut ſupra, præſentibus his teſtibus Ill. D. Paulo Planca, D. Carolo Criſpo, & Antonio de Leonibus I. V. D., & D. Hieronymo Vallato Secretario DD. Conſervatorum.

Et quia quondam Simon Antonius Peratus prædeceſſor meus de præmiſſis rogatus fuit, ego Dominicus Tullius Cur. Cap. Notarius, & illius in officio ſuc-

ſucceſſor, præſens Inſtrumentum ſubſcripſi, & publicavi requiſitus &c. Necnon Nobiles Viri.

Joannes de Paparonibus Caput Regionis Montium

Chriſtophorus Antonii Pauli Capoſerrus

Antonius de Boccapadulibus

Bernardinus de Ritiis Campi Martii

Franciſcus Blondi Pontis, nec non aliorum Capitum Regionum

. . . . Parionis

Antonius Barberini Arenulæ

Julianus de Magdalenis S. Euſtachii

. . . . Pineæ

. . . . Campitelli

. . . . S. Angeli

. . . . Ripæ

Julii de Caſtellanis Transtiberim

D. Marii de Millinis, & D. Petri Mattutii præfatæ urbis Cancellariorum, ac nonnullorum Nobilium, & Civium Romanorum ad infraſcripta omnia videndum, audiendum factum invocatorum, & cum toto Populo Romano infraſcripti DD. Illuſtres Domicelli poſt Confirmationem pacis, & &c.

Giulio Colonna

Muzio Colonna

Ottaviano Colonna

Jo: Conti per ſe, e Federico ſuo fratello

Giulio de Poli

Lu-

*Lucido de Rocca de Maſſimo, tutti di Caſa Valle-
montone*
Julio per lui, e Jo: Jordano aſſente
Ruberto
Franciotto
*Fabrizio Colonna per noi, e per lo Sig. Proſpero
abſente, e per tutti gl'altri de Caſa Colonna.*
*Julio degl'Orſini per noi, e per lo Sig. Jo: Jorda-
no, e per tutta la Caſa Orſina.*
Antimo Savello per noi, e per tutta Caſa Savella
Joanni Conti per noi, e per tutta la Caſa de Conti
*Fabio de domo Anguillaria per noi, e per Caſa dell'
Anguillara.*
*Paulo de Planca in nome del Sig. Jo: Giorgio Ce-
ſarino.*

MONTI

Magnificus D. Antonius de Petrucciis
M. D. Paulus Colæ Joannis
Stephanus Carbone
Marcellus de Palonibus.

CAMPO MARZO

D. *Conſtantinus de Palonibus*
D. *Franciſcus de Naris*
D. *Paulus de Capozucchis*
D. *Raphael de Caſalibus.*

TREJO

Jacobus de Frajapanibus
Franciſcus de Cinciis

Pro-

Proſper de Mutis
Julianus de Capranica

COLONNA

Laurentius Nuccioli
Antonius de Gracchis
. . . .
Joannes de Capoccinis.

S. STATI

Marcus de Tebaldis
Bartholomeus de Valle
Julius Alberinus
Julius de Thomarotiis

PONTE

Antonius de Zoccolis
Petrus Paulus Millinus
Franciſcus Scappuccius
Hippolitus Saxus

REGOLA

Petrus Paulus Planca
Baptiſta Palonus
Raimundus Caputferro
Virgilius Cincius.

PIGNA

Marcus Antonius Alterius
Gabriel de Rubeis
Iulianus Loctus
Marianus de Aſtallis

PARIONE

D. *Antonius de Leonibus Doctor*
D. *Antonius de Macarotiis*
D. *Benedictus de Magiſtris*
D. *Andreas de Ruſticis*.

RIPA.

Petrus de Fabiis
Marius de Inſula
Io: Antonius de Perleonibus
Laurentius Bernardini.

S. ANGELO

Franciſcus de Fabiis
Franciſcus de Boccapadulis
Stephanus de Fabiis
Palutius de Mattheis.

TRASTEVERE

Franciſcus Theoli
Marianus Caſtellanus
Iulius de Mattheis
Onufrius de Vellis.

CAMPITELLO

Mario Salamoni
Iulio P. M.
Iac. P. M.
Antonino Frejapane.

In Codicibus autem Piroti Notarii Capitolini invenimus ea inſtrumenta, quæ hic apponenda duximus, etſi inperfecta, & adumbrata, mul-

multiſque lituris informia, matrices vocant, eadem autem à Tullio, Piroti in officio ſucceſſore, in publicam formam, unicumque monumentum, quod ſupra retulimus, congeſta ſunt.

27 Auguſti 1511.

D. *Fa: Columpna*
D. *Iulius de Vrſinis*
R.p. .. .. Vrſinus Archiep. Nicoſien.
D. *A. Epiſcopus de Valle*
D. *N. de Capranica*
D. *Pomp. Epiſcopus de Columpna*
D. *de Vrſinis filius D.p. de Vrſinis*
D. *Proſper de Cave*
D. *Franciottus de Vrſinis*
D. *Camillus de Vrſinis*
D. *Jo: de Comitibus*
D. *Silvius* } *de Sabellis*
D. *Antimus* }
D. *Jo: Georgius de Ceſarinis*
D. *Fabius Vrſinus*
D. *Jo: Baptiſta de Stabia*

Congregati omnes cum multis Civibus Romanis in Sala magna Palatii DD. Conſervatorum, coram Magnificis DD. Conſervatoribus, Cancellariis, Capitibus Regionum, majori parte nobilium Romanorum pervenerunt ad veram, & mundam pacem inter eos, & alios, eorum complicibus abſentibus, pro quibus de rato promiſerunt pro honore,

& ſtatu S. D. N. & S. R. Eccleſiæ, & totius Populi Romani, & ita in ſignum pacis præfatæ, D. Fabritius Columna pro ſe, & omnibus de domo Columnenſium, & adhærentium &c. & D. Julius de Urſinis pro ſe, & omnibus de domo de Urſinis, & adhærentibus, dederunt oſculum pacis, & complexaverunt ad invicem.

Præſentibus D. Paulo Planca, D. Carolo Criſpo, D. Antonio de Leonibus.

DD. Cancellarii, quod eligatur unus pro qualibet Regione.

D. Paulus Plancha, quod interveniat aliquis Baro cum LX. Civibus, inter quos ſit aliquis juvenis.

Mag. D. Jo. Antonius de Victoriis, quod in qualibet Regione eligantur quatuor, vel quinque Cives, & Caput Regionis habeat poteſtatem de iis eligendi unum.

An. Sabas de Jacottoli idem, & quod poſtquam erunt una, ipſi deliberabunt, an debeant eſſe plures, vel minores numero.

Julius Petri Matthei, quod eligantur LX., vel L. ad minus, Capita Regionum debeant eligere unum.

D. Marius Salamonius, quod & Antonius Sabas, & quod nunc fiat electio, & inter iſtos poſſint intervenire Capita Regionum.

Jo. de Brancha, quod fiat electio per Capita Regionum, & deinde revideantur per Conſervatores.

Franciſcus Teoli, quod concludatur de numero.

D. M.

D. M. de Tebaldis, quod eligantur quatuor de Regione qualibet, inter quos ſit aliquis prælatus.

D. Antonius de Roccolis, quod minimè fiat electio, & omnes poſſint intervenire.

D. M. Aſtallus)
Julianus de Loctis) *quod fiat electio ſtatim Juvenum, & Senum.*
Julius de Alberinis)

Marius de Inſula idem, & quod habeantur prælati.

PONTE.

D. Antonius de Drago
D. B. Damiani
D. Dominicus de Sanguineis
D. Paulus Blondus.

MONTI.

D. Antonius de Petrucciis
Paulus Cola Johannis
Stefanus Carbone
Marcellus de Palonibus.

TREJO.

D. Jacobus Frajapane
D. Franciſcus de Cinciis
D. Proſper de Mutis
D. Petrus de Vellis.

DD. Capita Regionum cum Cancellariis convenerunt hodie eligere quatuor pro qualibet Regione, videlicet duos Senes, & duos Juvenes.

Quod

Quod felix, fauſtumque ſit &c. 28. Auguſti 1511.

Alla laude, e gloria dello Omnipotente Dio Padre, Figliolo, e Spirito Sancto, e della glorioſiſſima ſoa Madre Vergine Maria, e delli Principi dell'Apoſtoli San Pietro, e San Paolo noſtri Protettori. Ad honore de noſtra S. Sede Apoſtolica, & Stato Eccleſiaſtico, pace, quiete, e ben vivere dell'Alma Città di Roma noſtra Patria commune. Noi tali &c. per noi, e noſtri conſorti abſenti, e tutti altri noſtri aderenti, e ſeguaci da una parte; E noi tali &c. altri deputati, & eletti per lo populo Romano dall'altra parte: per maggior fermezza, e perpetua ſtabilità della ſancta reconciliatione, honeſta laudabile unione, e concordia fra noi a dì 25. del preſente meſe nello Palazzo delli Magnifici SS. Conſervatori, & in loro preſentia univerſo S. P. Q. R. ſpettante ſpontè, & unanimiter facta, e collo baſo della bocca fide perfetta fermata, e ſtabilita promettiamo, juramo, e votamo alla Santiſſima, & Individua Trinità, Glorioſiſſima Madre, e Beatiſſimi noſtri Protettori, & à voi Sacroſancto Senato P. Q. R. adſtante, intelligente, & à queſt' atto congregato, quella perpetuò, & inviolabiliter obſervare, rimettendo tra di noi ogn' odio, rancore, e malivola volontà, e con honore, e gloria di N. Signore, e della S. Sede Apoſtolica inſtantemente difendere la Republica Romana, rejetti, & aboliti li pernitioſi nomi dei Guel-

Guelfi, e Gibellini, e le raſcioni, Juriſdicioni, Privilegii, Immunità, e Statuti dalla Santità di N. Signore, e S. Sede Apoſtolica conceſſi, e confermati ad eſſa Republica mantenere, e difendere, & dall' una, e l'altra parte, e loro ſeguaci, & aderenti, commodi, honori, & emolumenti, come proprii de perfetto ſincero, e benivolo animo, e ſenza alcuna exceptione, & unanimiter defenſare, ajutare, e favorire; & in caſo di violentia, oppreſſione, injuria, ò ver tirannia publicè, vel privatim ad qualunqua di eſſe parti, ò vero ad altri Cittadini di qualſivoglia ſtato, qualità, e conditione fuſſi in ditta Città di Roma, ò vero da quella dipendenti ſi faceſſi. Volemo ſotto ſimile juramento per voto eſſere obbligati tali oppreſſi, injuriati, e tiranneggiati contro qualunque perſona, publica, ò vero privata, loco, ò vero Univerſità ſuccurrere, e con ogni conato, e forza favorire, & ajutare, ne permettere opera alcuna per bonificare, e magnificare detti Cittadini, offerendo, & obligando ſtato, robba, figlioli, e la propria vita per conſervatione dell' honeſto, laudabile, tranquillo vivere di eſſa Alma Città, l'honore, ſtato, gloria di N. Signore, e della Sede Apoſtolica ſempre ſalvo, e riſervato, e qualunca di eſſe parti alle predette coſe, voto, e juramento per ſe, e altri publici, vel occulti in dicti, ò facti, directè, vel indirectè quomodolibet contraveniſſe, invocamo, & exoramo la giuſtitia dello Omnipotente Deo ad perpetua pernitie, ultimo

timo exterminio, e deſolatione de noſtre perſone, proprii figlioli, honori, ſtato, e robbe, & ipſo jure ſiamo infami, perjurii, rebelli della Divina Maeſtà, obprobrio al mundo, e come de publici nemici, e proditori della propria patria, ſtati, robbe com' eſſe ſiano con perdita de tutti honori, & in perpetua, e memorioſa dampnatione, & infamia ſia lecito le imagini di quelli tali delinquenti depingere ſottoſopra à modo de perfidi, e crudeli traditori nella faccia di Campidoglio, & in altri luoghi publici, dove per lo popolo ſi frequenti, commemorandoſe, e teſtificandoſe la loro ſcielerata vita.

Noi Fabritio Colonna per noi, e per lo Sig. Proſpero abſente, e per tutti gl'altri de Caſa Colonna.
Julio delli Orſini per noi, e per lo Sig. Jo. Jordano, e per tutta la Caſa Orſina.
Antimo Savello per noi, e per tutta la Caſa Savello.
Joanni Conti per noi, e per tutta la Caſa de Conti.
Fabio de Domo Anguillaria per noi, e per Caſa dell' Anguillara.
Paulo de Planca in nome del Sig. Jo. Giorgio Ceſarino.

MONTI.

Magnificus D. Antonius de Petrucciis
M. D. Paulus Colæ Joannis
Stephanus Carbone
Marcellus de Palonibus.

CAM-

CAMPO MARTIO.

D. Conſtantius de Palonibus
D. Franciſcus de Naris
D. Paulus de Capozucchis
D. Raphael de Caſalibus.

TREJO.

Jacobus de Frajapanibus
Franciſcus de Cinciis
Proſper de Mutis
Julianus de Capranica

COLONNA

Laurentius Nuccioli
Antonius de Gracchis
M. Antonius . . . .
Joannes de Capoccinis

S. STATI.

Marcus de Tebaldis
Bartholomeus de Valle
Julius Alberinus
Julius de Thomarotiis.

PONTE.

Antonius de Roccolis
Petrus Paulus Millinus
Franciſcus Scappuccius
Hippolitus Saxus.

REGOLA.

P. Paulus Planca
Baptiſta Palonus

Raimundus Caputferro
Virgilius Cincius.

PIGNA.

M. Antonius Alterius
Gabriel de Rubeis
Julia. Lottus
Marianus de Aſtallis.

PARIONE.

D. Antonius de Leouibus Doctor
D. Antonius de Macarotiis
D. Benedictus de Magiſtris
D. Andreas de Ruſticis.

RIPA.

Petrus de Fabiis
Marius de Inſula
Jo: Antonius de Perleonibus
Laurentius Bernardini.

S. ANGELO.

Franciſcus de Fabiis
Franciſcus de Boccapadulis
Stephanus de Fabiis
Palutius de Mattheis.

TRASTEVERE.

Franciſcus Teoli
Marianus Caſtellanus
Julius de Mattheis
Onufrius de Vellis.

CAM-

CAMPITELLO.

Mario Salamoni

Jul. P. M.

Jac. P. M.

Antonino Frejapane.

Epiſcopus de Columna pro domo de Columna.

D. Fabius Urſinus pro domo de Urſinis.

D. Silvius pro domo de Sabellis.

D. Jo: de Comitibus pro tota domo de Vallemontone deputavit D. Federicum de Comitibus.

D. Fabius de Anguillaria deputavit in ejus aſſentiam D. Fabium de Urſinis.

D. Jo: Georgius de Ceſarinis.

28. *Agoſto* 1511.

Ad laude, e gloria dell'Omnipotente Dio Padre, Figliolo, e Spirito Santo, e della Gloriſiſſima ſua Madre S. Vergine Maria, e delli Beati Principi degl' Apoſtoli Pietro, e Paolo noſtri Protettori, ad honore, & eſaltatione della Santità di N. Signore Giulio Papa II., e della S. Madre Chieſa, e conſervatione dello Stato Eccleſiaſtico, pace, quiete, e ben vivere dell'Alma Città di Roma noſtra Patria commune. Noi Fabritio Colonna per noi, e per lo Sig. Proſpero Colonna abſente; Pompeo Colonna Veſcovo Reatino, Proſpero Colonna da Cave, Julio Colonna, Mutio Colonna, & Ottaviano Colonna, e ciaſcheduno di noi, e per tutti gl' altri della Caſa

 abſen-

abſenti, e d'eſſa Caſa ſeguaci, & aderenti, per li quali promettiamo de rato noi medeſimi. Julio degl' Orſini per noi, e per lo Sig. Jo: Jordano aſſente, e per tutti gl'altri della Caſa aſſenti, e d'eſſa Caſa ſeguaci, & aderenti, per li quali ſimilmente de rato promettiamo, Ruberto degl' Orſini, e Franciotto dtgl' Orſini, e ciaſcuno di noi per noi medeſimi. Antimo Savello, e Silvio Savello, e ciaſched' uno di noi per noi medeſimi. Joanni Conti per noi, e per Federico noſtro fratello, e Julio de Poli, e Lucido de Rocca de Maſſimo, e tutti di Caſa Vallemontone aſſenti, per li quali de rato promettiamo come ſopra. Fabio de Caſa di Anguillara, e Jo: Baptiſta de Stabbia per noi, e per tutta Caſa dell' Anguillara, per la quale anche de rato promettiamo. Paolo de Planca in nome de Jo: Giorgio Ceſarino aſſente, per lo quale ſimilmente de rato promettiamo per major fermezza, e perpetua ſtabilità della ſanta reconciliatione, honeſta, e laudabile unione, e concordia fra noi à dì 25. del preſente meſe in nel Palazzo delli Magnifici Signori Conſervatori, & in loro preſentia univerſo S. P. Q. R. ſpettanti ſpontaneamente, e con unanime volontà fatto col baſo della bocca fede perfetta firmata, e ſtabilita promettiamo, juramo, e votamo alla Santiſſima Individua Trinità, Glorioſiſſima Madre, e Beatiſſimi noſtri Protettori, & à voi S. P. Q. R. aſtante, e intelligente, & à queſto atto congregato quella perpetuò, & inviolabilmente oſſer-

oſſervare, rimettendo tra di noi ogn' odio, rancore, e malivola volontà, e con honore, e gloria della prefata Santità di N. Signore Julio PP. II., e della Sedia Apoſtolica inſtantemente difendere la Republica Romana, rejecti, & aboliti li pernicioſi nomi de Guelfi, e Jebellini per le raggioni, juriſditioni, privilegii, immunità, e ſtatuti per la prefata Santità di N. Signore, e Predeceſſori di quella ad eſſa Republica conceſſi, e confirmati e tenere, e difendere, e dall' una, e l'altra parte, e loro ſeguaci, e aderenti, commodi, honori, e emolumenti come proprii de perfetto, ſincero, e benivolo animo, e ſenza alcuna excettione, o vero fraude unanimiter ajutare, e favorire, obligando ſtato, robba, figlioli, e la propria vita per conſervatione dello honeſto laudabile, e tranquillo vivere di eſſa Alma Città, lo honore, ſtato, e gloria della prefata Santità di N. Signore, e della Sedia Apoſtolica ſemper ſalvo, e riſervato per qualunca di noi, o vero de' noſtri conſorti, ſeguaci, & aderenti alle coſe predette, voto, e juramento per ſe, ò per altri publicè, vel occultè in ditti, ò vero in fatti, directe, vel indirectè contraveniſſe, invocamo, imploramo, exoramo la giuſta ira dello Omnipotente Dio ad perpetua pernitie, ultimo exterminio, e deſolatione de noſtre perſone, proprii figlioli, honore, ſtato, e robba, & ipſo jure ſiamo infami, perjurii, e rebelli della Divina Maeſtà, obprobrio al mondo, come publici ne-

nemici, proditori, e patricidii della propria Patria, e in perpetua, e memorioſa dampnatione, e infamia, ſia lecito la imagine di tali contravenienti dipingere ſottoſopra à modo de perfidi, e crudeli traditori nella faccia del Capitolio, e in altri luoghi publici dal Popolo frequentati in perpetua commemoratione, e teſtificatione della loro ſcielerata vita.

IV.

JULIUS II. PONTIFEX MAXIMUS. Pontificis caput.

FUNDATORI ECCLESIÆ. ROMA. S. Petrus ſedens. Hic nummus ex eorum genere eſt, qui Julii à Julio II., cujus juſſu cuſi fuere, appellantur, ut ſcripſit Ægidius Menagius in Ætimologico Italico pag. 261., additque, plures Principes ad illius formam, ac exemplum, monetam argenteam percuſſiſſe; Paulus deinde III. Pontifex, plurimos hujuſce generis cudi voluit, ac Paulos denominari, ut habetur in conditionibus pactis anno 1540. cum Bartholomeo Pettini officinæ monetariæ Præfecto: *Item teneatur cudere groſſos largos papales, Paulos nuncupandos*. Verum Julios itidem dicendos in altero contractu cum Bartholomeo Canobio anno 1551. 12. Maii, ſedente Julio III. *quod teneatur cudere monetam argenteam, Julios nuncupatam*, & profecto apud veteres quoque de Principum nomine, qui eos cuſos, commercii cauſa, evulgaverant, vocitati ſunt, uti Phi-

Philippi, & Darici, à Philippo Macedonum, & Dario Perſarum Regibus, ut recentiora exempla prætermittamus.

V.

JULIUS II. PONTIFEX MAXIMUS. Pontificis caput.

LUMINARIA VERÆ FIDEI. ROMA. SS. Petrus, & Paulus mutuo ſeſe amplectentes.

Exhibetur in nummo verum Chriſtianæ charitatis exemplum, quamobrem de utroque Apoſtolo Eccleſia meritò canit in feſtivitate SS. Petri, & Pauli ad Laudes: *Glorioſi Principes Terræ &c.*

VI.

JULIUS LIGUR II. PONT. M. in area.

RO. ECCLESIÆ FUNDATORES. SS. Petri, & Pauli capita.

Optimè Baronius Annal. Eccl. Tom. 1. ad an. 41. n. 15. explicans verba illa S. Irænei lib. 3. cap. 1. *Cum Petrus, & Paulus Romæ evangelizarent, & fundarent Eccleſiam*; ait: *communi, tum ipſius, tum cæterorum Patrum uſu loquendi, cum de Romanæ Eccleſiæ fundatione fit mentio, Paulum æque, ac Petrum nominaſſe, non quod Paulus eodem, ac Petrus tempore Romam venerit, & ſimul cum Petro fundamentum jecerit, ſed quod deſuper ædificaverit, ac denique eandem Eccleſiam, unà cum Petro, ſanguine conſacraverit*; quamobrem proprie in ſuperiori IV. nummo legitur de S. Petro: *Fundatori*

datori Eccleſiæ: hic non abs re erit addere conventiones, & capitula inita cum Antonio Segnio, & hæredibus P. Pauli della Zecca, monetalibus Præfectis conſtituendis, quorum ſigna extant in nummis IV. V. & ut videtur, X.

Anno 1504. *die* 30. *Aprilis Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri, Domini Julii Divina Providentia Papæ II. Infraſcripta ſunt pacta, conventiones, & capitula inita, facta, firmata, & concluſa inter R̃mum in Chriſto Patrem, & Dominum, Dominum Epiſcopum Albanen. Miſeratione Divina S. Georgii ad Vellum aureum S. R. Eccleſiæ Cardinalem, nomine ejuſdem SS. D. N. Papæ, & Cameræ Apoſtolicæ agentem, capitulantem, firmantem, & recipientem ex una, & Dominum Antonium Segnium Mercatorem Florentinum Romanam Curiam ſequentem, tàm proprio nomine, quàm filiorum, & hæredum q. Petri Pauli della Zecca Civium Romanorum de, & ſuper Zeccha monetarum in Alma Urbe, & locis, infraſcriptis, modis, pactis, & conditionibus exercen. partibus ex altera, ita tamen, quod facultas cudendi non tranſeat ad ſucceſſores, & interim, durante tempore quinque annorum prædicta facultas poſſit per Cameram Apoſtolicam ſuſpendi, & interdici, non obſtantibus omnibus, quæ in ſequentibus capitulis continentur, quorum tenor infra ſequitur, & eſt talis &c.*

In primis ſiquidem promiſit præfatus Antonius ſuo,

ſuo, & dd. hæredum nomine cudere, ſeu cudi facere Florenos de auro de Camera, juxta ligam auri Ducatorum Papalium, & Venetorum, videlicet conformem Toccbæ, de conſilio, & in præſentia Conſulum Banchariorum, & auri Fabrorum bujus Almæ Urbis, ac ſuperaſtantium, & aſſaggiatoris præfatæ Zecchæ, jam diù factam, & ſervatam hucuſque in Zeccha in quadam caſſettæ clauſa per dictos officiales, & quilibet Florenus ſit, & eſſe debeat granorum 69. & unius octavi grani, ita, quod Floreni 100. de Camera in auro bujuſmodi, ponderent unam libram auri; & ita eſſe debeat in uno latere navicula Piſcatoris cum litteris circum S. PETRUS ALMA ROMA, *in alio latere ſint Arma SS. D. N. Papæ, & circum circa litteræ, videlicet* JULIUS II. PONTIFEX MAXIMUS.

Item promiſit dictus Antonius dd. nominibus cudere, ſeu cudi facere Groſſos Papales de liga unciarum undecim, & unius denarii cum remedio denariorum duorum, hoc eſt unius excedentis, & alterius deficientis infra pondus dd. unciarum undecim, & unius denarii; quodque, ſi Groſſi reperiantur eſſe minoris ligæ, quam undecim unciarum, & denarii unius, dummodo non minoris uno denario, ille ad Cameram pertineat, ſi vero majoris contingerit, dummodo non plures uno denario Zeccherii prædicti illius pluris, creditores eſſe debeant dictæ Cameræ Apoſtolicæ, & quilibet ex cudendis Groſſis præfatis ſit ponderis trium denariorum, octo granorum, & trium quarto-

 rum

rum alterius grani, & 85. groſſi cum tribus quintis alterius groſſi, ſint ponderis unius libræ, conſtituat, & habeat de remedio in pondere denarios duos, hoc eſt unum excedentem, & alterum deficientem infra pondus dictæ libræ, & quod dicti Zeccherii poſſint etiam facere groſſos duplices, qui valeant pro quolibet groſſos duos, ità tamen, quod non excedant partem quintam, & de cudendis groſſis præmiſſis dentur pro qualibet libra argenti fini groſſi 90., & quod dicti groſſi debeant diligenter ponderari ſingulariter ſinguli, antequam extrahantur de Zeccha, & quilibet groſſus, ut dictum eſt, ponderare debeat tres denarios, & octo granos, & tria quarta alterius grani, & non variet unus ab alio per unum granum, aliter deſtruatur per officiales pro tempore deputandos, & ita &c.

VII.

JULIUS II. PONTIFEX MAXIMUS. Pontificis caput.

S. P. BONONIA DOCET. S. Petronius Epiſcopali habitu indutus, & inferius inſignia Johannis Cardinalis Medicei.

Annibal Bentivolus, Johannis filius natu major, de quo mox nobis dicendum erit, Gallorum ope anno 1511. Bononiam ingreſſus, ejus Urbis dominatum tenuit uſque ad alterum annum, quo, amiſſo Mediolanenſi imperio, tranſgreſſi alpes Galli, ad ſua rediere; Pontificius, ac Hiſpanicus deinde exercitus ad Bononiæ mœnia

nia venit, proximis urbibus ad priſtinam Pontificiam dominationem redeuntibus, quamobrem Bentivolus à civibus perſuaſus, fortunæ cedere coactus eſt decima die Junii, & una cum fratribus, patria relicta, Ferrariam petiit. Bononiam, poſt hęc, à Julio II., rebus publicis adminiſtrandis, miſſus eſt, Legati munere honeſtatus, Johannes Cardinalis Medices, ut legitur apud Pompejum Vizzanium hiſt. Bonon. lib. 5. pag. 511. Johannes autem anno 1513. ea Urbe diſcedens, Florentiam cum Hiſpanico exercitu, cui Raymundus Cardonius præerat, adiit, ut Mediceam familiam ſuam, jam diu extorrem, in patriam reducens, veteri dignitati, ac potentiæ reſtitueret. Vide Jovium in vita Leonis X. lib. 2. pag. m. 121.

VIII.

JULIUS II. PONTIFEX MAXIMUS. Pontificis caput.

S. P. BONONIA DOCET. S. Petronius ſedens, ut ſupra, & inferius ſtemma gentilitium Franciſci Cardinalis Alidoſii.

Julii II. gratiam aucupatus Franciſcus Cardinalis Alidoſius Forocornelienſis, ab eodem Pontifice Bononienſem Præfecturam, Legati titulo, obtinuit anno 1508., referente Antonio Maſino in Bononia perluſtrata parte 3. pag. 196., & 198. 2. editionis. Hic plures cives, qui Bentivolorum factionem ſequuti fuerant, inſectatus,

ex iis, quoſdam ultimo ſupplicio affecit; & alios exilio mulctavit, ideoque à civibus ob ejus ſævitiam odio habitus eſt, anno autem 1510. ejuſdem Urbis Epiſcopus à Julio Pontifice electus fuit, licet illius mores ſacræ huic dignitati parum reſponderent. Intereà Pontifex bellum Alfonſo Ferrariæ Duci inferens, etſi ſenio gravis, infirmiſque viribus, tamen illud adminiſtrare ipſe voluit, & duriſſima hyeme, Concordia, & Mirandula expugnata, Bononiam venit, paulo poſt autem Alfonſus Pontificias copias, ad foſſam Giliolam adortus, ſuperavit; & Jo: Jacobus Trivultius vetus, & expertiſſimus Dux, educto ex hybernis Gallico exercitu, ſecumque adductis Bentivolis fratribus, Pontificias copias, quas Urbini Dux, adhuc adoleſcens ductabat, adeo preſſit, ut, ad Bononiæ mœnia compulſos, deleverit, jam illius Urbis civibus ad ſeditionem ſpectantibus, & ad excipiendum Annibalem Bentivolum paratis. Alidoſius Legatus, cum ad defenſionem Civitatis, nec validum præſidium paraſſet, neque nuper conſtructam arcem commeatu muniiſſet, turpi fuga elapſus eſt, ſocordia ne, an perfidia incertum; plures enim putavere, Gallos, & Alfonſum, oblato eidem Forocornelii dominatu, qui penès majores illius fuerat, nec à Julio II. extorquere potuerat, hac ſpe illectum in ſuas partes adduxiſſe, ut narrat Jovius in Elogio

gio ejuſdem Card. pag. m. 186. Cæterum Alidoſius Ravennam profectus (qua in Urbe Pontifex morabatur), cum in Urbini Ducem, quo cum ſimultas intercedebat, incidiſſet, ab eodem, enſe confoſſus, interiit, teſte Guicciardino lib. 9. Hiſt. fol. 274. pag. 2.

IX.

JULIUS II. PONT. MAX. ſtemma, ut ſupra.

CLAVES REGNI CÆLORUM. MARC. Claves decuſſatæ, alligatæque haſtæ Umbellam ſuſtinenti.

Claves poteſtatis inſignia ſunt, ac Umbella, ſive Umbraculum dignitatis. Adi Philippum Bonannum numiſmat. Pontif. Tom. I. pag. 235. & ſeqq. fusè de his diſſerentem.

X.

JULIUS II. PONT. MAX. ſtemma, ut ſupra.

S. PAULUS S. PETRUS. FULGINE. ambo Apoſtoli ſtantes, & ad pedes in medio A. S., quod eſt monetalis Præf. ſignum.

Cuſum hunc nummum Fulginei putamus poſt annum 1506., & diem VII. Febr., qua Card. Antonius Ferrerius de Ruvere, Savonenſis, Eugubii Epiſcopus, Peruſiæ, ac Umbriæ Legatus à Julio Pontifice in Conſiſtorio renunciatus fuit, uti teſtatur Jacobillus de Urbe Fulginei pag. 491. de hoc Cardinali plura refert Ciacc. To. 3. col. 257.

XI.

JULIUS PAPA II. in area.

PE-

PERUSIA in medio claves decuſſatæ; & ſupra Tiara Pontificia.

Cum Julius, adſtante Cardinalium cœtu, 21. Auguſti 1506. apertè dixiſſet, Bononiam, ac Peruſium Urbes à Bentivolis, & Ballioniis occupatas, ſe Romanæ Eccleſiæ imperio reſtituturum, auxilia ad id afferente Galliæ Rege, Roma diſceſſit, & quadringentis cataphractis equitibus, quos pedites ſequebantur, ſtipatus, ubi Urbem Veterem adveniſſet, Jo: Paulus Ballionus, vir bello quidem clarus, ſed qui, ut inquit Jovius in vita Leonis X. pag. 186. edit. Baſil. an. 1567., *impotens, & factioſus apud Peruſinos, cruentam, & rapinis infamem tyrannidem exercebat*, eum convenit, & conciliatore, ac ſequeſtro Urbini Duce, ultro Urbis dominatum, arces, duoſque filios obſides dedit, quare in gratiam receptus, Pontificem, Urbem ingreſſum, magnificentiſſimè excepit; vide Franciſcum Guicciardinum Hiſt. Ital. lib. 7. fol. 188. pag. 2. & Pompejum Pellinum in Hiſt. Peruſina.

XII.

JULIUS II. P. M. Roborea arbor, & ſupra Tiara Pontificia.

REGIUM LEPIDI. Ejuſdem Urbis inſigne, & crux integram aream occupans.

Poſtquam ad Ravennam Pontificius, & Hiſpanicus exercitus, magna cum clade, à Gallis

lis deletus, ac profligatus eſſet anno 1512., Julius, invicti animi Pontifex, Helvetios in auxilium advocavit, illique brevi per Tridentinas Alpes in Italiam advenientes, repulere ab Atheſi Gallos, qui prælium tentare non auſi, Ticinum ſe recepere, aucti deinde Helvetii Venetorum copiis, eoſdem Gallos Italia tota ejecere, & hæc omnia, paucorum menſium ſpatio, peracta ſunt. In hac improviſa fortunæ, rerumque viciſſitudine, Regii Lepidi cives, quam Urbem, Juris Sedis Apoſtolicæ, poſſidebat Alfonſus Ferrariæ Dux, Gallicis partibus addictus, à Pontifice admoniti, ut ad veterem Dominum redirent, Placentinorum, & Parmenſium exempla ſequentes, ut refert Guicciardinus Hiſt. lib. XI. fol. 311. Romam Oratores miſere, qui, teſtante Paride de Graſſis in Diar. Cærem. MSS. menſe Septembri ejuſdem anni, fidem Julio, ac ejuſdem Succeſſoribus detulere, eoque tempore, ac ea in Urbe hujuſcemodi nummi percuſſi fuere. Vide Fulvium Azarium in compendio Hiſtorico Regii Lepidi.

LEO

LEO X.

JOANNES MEDICES FLORENTINVS ELECTVS V. IDVS MARTII MDXIII. OBIIT KAL. DECEMBR. MDXXI.

I.

LEO X. PONT. MAX. ſtemma gentilitium Pontificis, ſex globulis compoſitum, cum Tiara, & clavibus.

SAMCTUS PETRUS. ALMA ROM. SS. Petrus, & Paulus retia in mare immittentes.

II.

LEO X. PONTIFEX MAXIMUS. Pontificis caput.

LUX VERA IN TENEBRIS LUCET. Magi in equis dona ferentes, quos præit Stella, ducitque ad præſepe D. N. Jeſu Chriſti.

Emanuel Luſitaniæ Rex, geſtis rebus, verè magnus, non tàm Imperii ſui, quàm Chriſtianæ fidei in Orientali plaga propagator, ad baptiſma ſuſcipiendum, Congi Regem, piis viris ad eum miſſis, hortatus eſt, ac adduxit, ut ſcribit Petrus Maffejus Hiſtor. Indicæ lib. 5. pag. 82.; ipſeque Rex, qui in Emanuelis gratiam Alfonſus vocatus eſt: *Henricum filium, ac præcipuos ex eo Regno in Luſitaniam, ubi fermè alti, educatique fuerant, atque inde cum honeſto comitatu Romam uſque religionis*


TAB. I



LEO X PONT MAX
SANCTVS PETRVS ALMA ROMA
I
AV
LEO X PONTIFEX MAXIMVS
LVX VERA IN TENEBRIS LVCET
ROMA
II
AV
LEO DECIMVS PONTIF MAXIMVS
PACEM MEAM DO VOBIS
ROMA
III
AR
LEO PAPA X
ECCLESIAE FVNDATORES ROMAN
IV
AR
LEO DECIMVS PONT MAX
RO MA
ECCE TEMPLVM TVVM PETRE
V
AR
LEO DECIMVS PONT MAX
PETRVS PAVLVS
ROMA
VI
AR



UNIV. OF MICH.

TAB. II



VIGIL·LEO·DE·TRIBV·IVDA
ROMA
VII
AR
VIII
LEO·DECIMVS·PONTI·MAX
MARC
PETRE ECCE TEMPLVM TVVM
IX
LEO·DECIMVS·PONT·MAXIMVS
S·PAVLVS
S·PETRVS
X
LEO·PP·DECIMVS
PERVSIA AVGVSTA
XI
LEO·PP·DECIMVS
PERVSIA AVGVSTA
XII
PONT·MAX·LEO·X
S·PETRVS S·PAVLVS
FVLGIN




UNIV. OF MICH.



TAB. III





UNIV. OF MICH.

gionis ergo proficiſci juſſit, ubi, magno totius Romanæ Eccleſiæ gaudio excepti, (augebat lætitiam ipſa longinquitas) ſummum in Terris Dei Vicarium Chriſtiano ritu venerati ſunt. Sed hæc extremo Julii II. vitæ tempore evenere; ad Leonem autem deſcendamus; primo ejuſdem Pontificatus anno ab eodem Rege Emanuele Oratores miſſi ſunt, ampliſſima dona, certa ſubacti Orientis monumenta, ferentes, pretioſas ſacras veſtes, gemmis, margaritiſque exornatas, & longo tempore non viſas belluas, elephantem, leonem, & lyncem, quamobrem ad allata ab Oriente dona, diffuſamque in regionibus Indicis Chriſtianam fidem, alludere voluiſſe Pontificem putaverim in aureo nummo. Hujus imaginem, ſed minime nota aliqua illuſtratam, protulit Philippus Bonannus Numiſmat. Pont. Tom. 1. pag. 173., qui inter numiſmata perperam nummum hunc adnumerat, & noſtros num. 3. 7. & 8., cum ſint profecto vulgati commercii monetæ.

III.

LEO DECIMUS PONTIF. MAXIMUS. Pontificis caput.

PACEM MEAM DO VOBIS. Sequitur parvus tridens monetarii ſignum. Dominus noſter ſtans, Apoſtolis in genua provolutis, benedicit, & infra *Roma*.

Ludovicus XII. Galliæ Rex, eò aliquot, ex S. R. E. Cardinalibus, adduxit, ut adverſus Julium Pontificem inſurgerent, indi-

cerentque Piſanum Concilium, ut ſupra dictum eſt. Cardinales autem hi fuere, Bernardinus Caravajal, Guillelmus Briſonetus, Renatus de Prie, Franciſcus Borgia, & Fridericus Sanſeverinus; Leo Pontifex hiſce transfugis, qui, ejurato ſchiſmate, (ſi Borgiam excipias jam defunctum) manſuetudinem Chriſti Domini imitatus, quam in nummo exprimi voluit, benignè ignovit, priſtinam etiam dignitatem, ſacerdotia, & honores reſtituit, vel adverſus Julii decreta, qui ſeveriſſimè in illos animadvertere deliberaverat. Vide Ciacconium Tom. 3. col. 170. 182. 142. 262. 196., & Jovium in Vita Leonis X. lib. 3. pag. 129.

IV.

LEO PAPA X. in area, hanc circumdant Medicei globi, Pontificis ſtemma efficientes.

FUNDATORES ROMAN. ECCLESIÆ. SS. Petri, & Pauli capita. Vide ſupra in nummo n. VI. Julii II.

V.

LEO DECIMUS PONT. MAX. Templi Vaticani exterior proſpectus, utrinque pinnaculis, ſeu nolariis turribus aſſurgentibus, quibus ſuperemінet Tholus: infra leo recumbens, qui globum unguibus tenet. ROMA.

PETRE ECCE TEMPLUM TUUM. Pontifex in genua procumbens ſacra trabea indutus, tectuſque ſacra tiara, capite, manibus profert Vaticani Templi

pli modulum Divo Petro ſedenti, qui dextera claves, ſiniſtra librum tenet.

Templi Vaticani frons, quæ in nummo viſitur, delineata fuit à Juliano à Sancto Gallo, inſigni ſæculi XVI. Architecto, quem Leo X. ab Etruria acciverat, una cum Fr. Jucundo Veronenſi; his addidit Raphaelem Sanctium Urbinatem, Pictorum omnium Principem, ut illud Templum, quod mirabili, ac maximè magnifica ſtructura, veteri ex parte disjecto, Julius II. inchoaverat, ipſe perficeret, verum, referente Jovio in ejus Vita pag. 194. *tanta abſolvendi operis difficultas proponebatur, ut Leo, quem nulli unquam pro laude ſuſcepti ſumptus deterruerunt, animum negocii vaſtitate ſuperatum facile deſponderet*: videndus hac de re, quam diligentiſſime proſequitur, Philippus Bonannus in Templi Vaticani Hiſt. cap. XIII. pag. 70.

VI.

LEO DECIMUS PONT. MAX. Leo gradiens, unguibus globum tenens, & infra Lilium Florentiæ inſigne.

S. PETRUS. S. PAULUS, cum roſa in medio: inferius ROMA. SS. Petrus, & Paulus ſtantes, primus dextera clavem, ſiniſtra librum, alter vero enſem dextera, ſiniſtra librum tenet.

VII.

LEO X. PONT. M. Stemma Pontificium, ſupra

ad dexteram D. Pauli Protome, dextera enſem, ſiniſtra librum tenentis, ad levam D. Petrus, qui dextera clavem, ſiniſtra librum gerit, & ſupra S. P. S. P.

VICIT LEO DE TRIBU JUDA: infra ROMA. Leo gradiens, converſo integro in ſpectantem rictu, unguibus globum tenens, ſupra mulier alata, ſeu victoria, coronam Leonis capiti impoſitura, volat.

Signata in denario Leonis, generoſiſſimæ, ut inquit Plinius lib. 8. cap. 16. belluæ imago, referenda eſt ad nomen, quod aſſumpſit Johannes Cardinalis Medices ad ſummam Pontificatus dignitatem evectus, de qua re audiendus Paulus Jovius cauſam aperiens in ejus vita lib. 3. pag. 128. *Leonis X. nomen ſibi deſumpſit, ut potè, qui propter innatam excelſo, regioque animo clementiæ virtutem; non expreſſo quidem titulo, ſed erudita alluſione magnanimi cognomentum affectaret, duorum ſuperiorum ſecutus exemplum, quibus Alexandri, & Julii auguſtiſſima nomina placuiſſent. Non defuere, qui dicerent, Claricem matrem, pleno jam utero, Leonem ingentis magnitudinis, & miræ lenitatis in Reparatæ Templo, Florentiæ omnium maximo, ſe parere ſine gemitu ſomniaſſe: quod poſtea ſomnium ex fabulis nutricum, cum puerorum ingeniis inhæſiſſet, accipiendo nomini cauſam, haud dubiè præbuerit.*

VIII.

VIII.

LEO DECIMUS PONT. MAX. Proſpectus Templi D. Petri, tribus cum portis, ac utrimque ſtatuis exornatus, excelſoque Tholo, infra Leo, ut ſupra, MARC.

PETRE ECCE TEMPLUM TUUM. Pontifex genuflexus, ut ſupra, & infra ſtemma gentilitium Franciſci Cardinalis Armellini.

Alter ab eo, quem ſupra exhibuimus, eſt proſpectus hic Templi, Deo, in honorem D. Petri extructi, ex arbitrio forſan typi ſcalptoris, delineatus, quinque enim illæ Portæ, non tres ſemper fuere, ut adnotavit Bonannus in opere, quod ſupra adduximus cap. x. pag. 52. Inſignia, quæ hic viſuntur, ſunt Franciſci Cardinalis Armellini Marchiæ Legati, quod enunciatur in inſcriptione appoſita ejuſdem Cardinalis ſepulchro in Sacra Tranſtiberina Æde B. Mariæ Virg., ut legere eſt apud Ciaccon. Tom. 3. col. 390.

IX.

LEO DECIMUS PONT. MAXIMUS. Pontificis caput.

S. PAULUS. S. PETRUS. Ambo Apoſtoli ſedent, uti colloquentes, primus enſem dextera, ſiniſtra librum tenet, alter claves, & librum; inferius inſignia Cardinalis Franciſci Armellini.

A peritiſſimo artifice cernitur in nummo vultus Leonis X., iiſdemque profectò lineamentis, qualem deſcripſit eloquentiſſimus Paulus Jo-

Jovius in ejuſdem Pontificis vita lib.4.pag.211., cujus verba referre ob eorum elegantiam viſum eſt: *Una capitis amplitudo cætera membra, enormi propè exceſſu, nec tamen ſine dignitate, ſuperavit; unde illi, naturæ dono, admirabilis ingenii captus, & memoria rerum omnium ſingularis; ſubtrahebant etiam magna ex parte oris ſuavitatem obeſæ malæ, & oculi extantes, convolutique & hebetes, verum, ſi ad pupillam, inſpicienda proprius admoveret ſupra fidem acutiſſimi*. Franciſcus Armellinus, patria Peruſinus, cujus ſtemma gentilitium in averſa parte viſitur, Leonis gratia inclaruit, ejuſdemque beneficio S. R. E. Camerarii munus obtinuit. Ciaccon. Vit. Pont., & Card. Tom.3. col.389.

X.

LEO PP. DECIMUS, una cum duabus roſis. Stemma, ut ſupra.

PERUSIA AUGUSTA. Griphus ſaliens, Urbis inſigne, ad latus dexterum parma gentilitia Cardinalis de Bibiena.

XI.

LEO PP. DECIMUS. Stemma, ut ſupra.

PERUSIA AUGUSTA. Griphus ſaliens, ad latus dexterum inſignia Cardinalis de Monte.

Bernardus Divitius, Tarlata familia ortus, in Bibiena agri Aretini oppido, à quo Bibiena vulgo appellatus eſt, Leoni X. apprimè acceptus fuit, & ab eodem, Umbriæ Legati munere auctus,

ctus, Peruſium miſſus eſt, eadem, & à Leone dignitate honeſtatus fuit, & Antonius Ciocchi, à patrio ſolo S.Savini Monte, Cardinalis de Monte dictus; vide Ciaccon. par.3. col.339., & 291. Cæterum Leo, eam Urbem ſævo tyranno, cruentiſque factionibus liberavit, accito enim Romam Jo. Paulo Ballionio, militia quidem claro, ſed rapinis, & crudelitate infami, qui Peruſium impotenti animo divexabat, ac ferè dominabatur, eundem in Adriani arcem conjectum, fruſtra exorantibus Urſinis, Pontifici ſanguine conjunctis, ſecuri percuti juſſit. Guicciardin. lib.13. fol.397.

XII.

LEO X. PONT. MAX. Stemma, ut ſupra.

S. PETRUS. S. PAULUS. FULGIN. SS.Petrus, & Paulus ſtantes, R.C. compendiariæ litteræ, monetalis Præfecti forſan nomen referentes.

XIII.

LEO DECIMUS. parvæ roſæ litteris interpoſitæ, oram nummi ambientes, in area gentilitium Pontificis ſtemma parvis ſtellis circumdatum.

AD TE. PISAURUM. Præſepe, in quo D. N., quem Virgo mater in genua procumbens, adorat, ad latus S. Joſeph ſtans, & ſupra ſidus.

Laurentii Medicei, & Alfonſinæ Urſinæ matris precibus victus Leo Pontifex, ut illum fratris ſui filium peramplo principatu decoraret, arma

arma vertit in Franciſcum Mariam Ruvereum Urbini Ducem, aderant autem non injuſtæ prorſus cauſæ, hunc ditione exuendi, quod ſcilicet pontificiis juſſibus non paruiſſet, & cum Gallis adverſus Julium II. patruum, de foedere ineundo, tractaſſet, hiſce addebatur Franciſci Cardinalis Alidoſii cædes, quamobrem miſſo in eum, valido cum exercitu, ipſo Laurentio, ubi pontificiæ copiæ Urbino appropinquarunt, ea Urbs deditionem fecit, & Dux Piſauro, quò ſe receperat, excedens, Mantuam cum familia petiit, extremis Maii menſis diebus anni 1516. Piſaurum autem, etſi præſidiario milite firmatum, nullo negocio obtentum eſt, & tantum quatuor dierum ſpatio, univerſam eam ditionem in poteſtatem Pontificis veniſſe refert Guicciardinus Hiſt. lib. 12. fol. 370., hoc autem tempore cuſum fuiſſe Denarium hunc Piſauri, apparet, nàm poſtea Leo in Cardinalium coetu habito die 18. Auguſti ejuſdem anni: *Creavit* (verba ſunt Paridis de Graſſis Cæremoniarum Sacelli Pontificii Magiſtri apud Raynaldum ad d. an. n. 83.) *magnificum D. Laurentium de Medicis nepotem ſuum Ducem Urbinatem, & Dominum Piſaurienſem, ſive perpetuum Vicarium Piſauri, in omnibus, & per omnia, ſicuti ſolitum eſt, de creatione novi Ducis.*

XIV.

XIV.

LEO X. PONTIFEX M. Pontificis ſtemma, quod utrimque Leones ſalientes ſubſtentant.

ECCLESIÆ RA. S. RESURRE. Chriſtus Dominus reſurgens, dextera benedicit, ſiniſtra vexillum tenet, ad dexterum latus inſigne Ravennæ, crux ſcilicet, ad ſiniſtrum ſtemma gentilitium Cardinalis Nicolai Fliſci.

Percelebris Ravennæ princeps Eccleſia, Salvatori Domino è mortuis reſurgenti dicata fuit, quam eo tempore, quo inferioris ævi Græci Imperatores ea Urbe potiebantur, per excellentiam græcè *Agia Anaſtaſis*, ideſt, *Sancta Reſurrectio* appellabatur, uti legere eſt apud Hieronymum Fabrum in ſacris Ravennæ monumentis part. 1. pag. 2. Verum, non modo ad hanc Eccleſiam reſpexiſſe, in hoc nummo ſignando, putamus Cardinalem Fliſcum, qui à Leone X. Archiepiſcopatus ejuſdèm Urbis decoratus fuit, ſed etiam ad ea, quæ Pontifici evenerant, cum enim, ſacro ipſo Paſchatis die, in pugna ad Ravennam, ut ſupra indicavimus, captus ab hoſtibus fuiſſet, ſequenti anno anniverſario, ut inquit Panvinius in ejuſdem Leonis vita poſt Plat. pag. 278. *cladis Ravennatis die magnificentiſſimo apparatu, tota Urbe aulæis, & feſtivis frondibus, arcubuſque ornata, Baſilicam Lateranenſem, veteri Pontificum inſtituto, viſitavit.*

XV.

LEO X. PONT. M. Stemma Pontificis, infra ad dexteram parmula, in qua Crux, Ravennæ urbis inſigne, ad ſiniſtram Fliſci Cardinalis ſtemma.

S. APPOLLINARIS. RAVENNÆ. S. Appollinaris protome, epiſcopali habitu induti, dextera benedicit, ſiniſtra pedum tenet.

Nicolaus Cardinalis Fliſcus, Ravennæ Archiepiſcopus, à Leone X. varia obtinuit privilegia, quibus Eccleſiæ ſibi commiſſæ dignitas augeretur, inter quæ, illud fuit, quo Archiepiſcopis Ravennatibus jus eſſet monetam cudendi, uti ex diplomate Pontificio ſignato XIV. Kal. Octobris 1517., videre licet, quod integrum exhibuit ſupra laudatus Faber par. 2. pag. 529., in eo verò legitur: *Volumus autem, quod moneta prædicta ſit liga per Cameram Apoſtolicam, tàm in Urbe, quam in aliis Romanæ Eccleſiæ locis, ordinatæ*; ipſeque Faber, hujus, quem proferimus, denarii mentionem facit, ſubditque in Archiepiſcopali Palatio percuſſum fuiſſe.

XVI.

LEO X. PONTIFEX MAXIMUS. Pontificis caput.

BONONIA MATER STUDIORUM. Leo ſaliens, vexillum tenet, in quo crux, ad latus parmula gentilitia Cardinalis Julii Medicei.

Julius Medices, quem ex Equeſtri Hieroſoly-

ſolymitana Militia purpureo galero decoravit Leo X. patruelis anno 1513., ab eodem Bononiæ Legatus renunciatus eſt, ad Urbem illam tamen, ut eam regerent, miſit Altobellum Averoldum, Laurentium Fliſcum, ac alios, quos enumerat Maſinus Bononiæ perluſtratæ parte 3. pag. 202. & ſeqq., eoque munere functi ſunt, uſque ad annum 1523., quo, Adriano defuncto, idem Julius ſupremi Pontificatus honorem aſſequutus eſt.

XVII.

LEO X. PON. MAX. Pontificis caput.

PARMÆ DOMINUS, & infra 1514. ſtemma Pontificium, ut ſupra.

Vix Julius II., qui Parmam, & Placentiam recuperaverat, vita exceſſit, cum Maximilianus Sfortia Mediolani Dux eaſdem Urbes invaſit, quas tamen Leoni, Summum Pontificatum adepto, reſtituit, uti narrat Bonaventura Angelus in Hiſtoria Civit. Parmæ lib. 5. pag. 479.; hìc tamen Placentinis Civibus novos cudendi nummos facultatem dedit, diplomate ſignato Romæ octavo die Martii anno 1514., quo, *ut nummos aureos, argenteos, æreos cum hujuſcemodi litteris. Leonis X. Pontificis Maximi munus: ab alio vero latere cum veſtris inſigniis in iſta civitate cudere, eoſque ubique locorum aſportare, & pro juſto pretio expendere poſſitis, tenore præſentium, licentiam, &*

 facul-

facultatem concedimus. Legitur apud Raynald. Annal. Eccleſ. Tom. 20. ad an. 1515. num. 40., illudque innuit Clariſs. Auctor Hiſtoriæ Jurium Apoſtolicæ Sedis in Urbes Parmam, ac Placentiam lib. 3. pag. 146., ſed ad typos hujuſmodi monetæ inſcalpendos tempus defuit; nam Franciſcus Galliæ Rex, cum in Italiam deſcendiſſet, illatoque Maximiliano Duci bello, Helvetios ad Melenianum, maxima cum cæde deleviſſet, Maximilianum Mediolanenſi dominatu ejecit, & in Gallia exulare coegit, Parmam, & Placentiam Leoni, repugnare non audenti, ademit, quam injuriam concoquere ipſe, cum non poſſet, anno 1521., fœdus cum Carolo V. Imperatore, aliiſque Principibus iniit, quo, ut ſcripſit Bonaventura Angelus in Hiſtoria urbis Parmæ lib.5. pag.483. conſtitutum eſt, ut expulſis Gallis, Mediolanenſis Ducatus Franciſco Sfortiæ, Parma, ac Placentia Pontifici redderentur, res autem feliciter, & ex voto ſucceſſit, nàm ejectis brevi tota Italia Gallicis copiis, illæ Urbes in poteſtatem Leonis rediere, qui hoc nuncio accepto, dum in Manliana Villa eſſet, lenta primum febre tentatus, mox lethali creſcente morbo, paucorum dierum ſpatio vita exceſſit: hoſce eventus fusè deſcripſit Guicciardinus Hiſtor. Ital. lib.14.

XVIII.

XVIII.

LEO X. PONTIFEX MAXIMUS. Pontificis caput.

S. GEMINIA. MUT. PONTI. S.Geminianus ſedens, epiſcopali habitu indutus, dextera Civitatis imaginem, ſiniſtra pedum tenet, inferius in parmula ſtemma Pontificis.

XIX.

LEO X. PAPA. Corona triplex, ſupra claves decuſſatæ, alligatæque.

REGIUM OLIM ÆMILIA. Urbis Regii inſigne, in quo Crux, & inferius duæ parvæ Roſæ.

Reſtitutis à Julio II., ut ſupra diximus, Pontificiæ ditioni Mutina, ac Regio Lepidi, in colloquio habito Bononiæ anno 1516. à Leone X. cum Franciſco Galliæ Rege, Pontifex felicitate Regis, qui tota ferè Inſubria brevi potitus fuerat, deterritus, utramque Urbem pollicitus fuerat Alfonſo Ferrariæ Duci ſe redditurum, ut habetur in Hiſtoria Italiæ Guicciardini lib. 12. fol. 366., verum res in longum prolata, evanuit.



I.

SEDE VACANTE. Claves decuſſatæ, alligatæque haſtæ Umbellæ Pontificiæ, quam Confalonem dicunt, inferius gentilitium ſtemma Cardinalis Armellini.

S. PETRUS, & S. PAULUS, ambo ſtantes, & inferius ROMA.

In hoc nummo, Apoſtolica Sede vacante percuſſo, primum apparent inſignia Cardinalis S. R. E. Camerarii. Is tunc erat Franciſcus Armellinus, hoc munere à Leone X. auctus, atque ab hanc dignitatem iſtud jus ei datum eſt, ſicut, & aliis, qui poſt ipſum eandem obtinuere.

II.

S. ROMANA ECCLESIA. Tiara Pontificia, ſupra claves decuſſatæ, & infra ſcutum gentilitium vacuum.

S. JOANNES. S. HILARIUS, inferius PARMA. S. Joannes

nes villoſo habitu indutus, & S. Hilarius epiſcopali amictu, & mitram gerens vexillum, una cum S. Johanne, tenet:

Poſt Leonis X. mortem publicæ res in pontificia ditione, non modicè, perturbatæ ſunt; Franciſcus Maria Roboreus, Gallorum auxilio, & populorum favore, Urbinum, amiſſamque ditionem recepit; Malateſta Ballionius Peruſiam, adverſa factione ejecta, redierat, Pauli patris mortem ulturus, & Rentius Cæres, Gallicis partibus addictus, in agro Romano milites conſcribebat, hiſce eventibus Galli, reſumptis, quos ob tot adverſa deſponderant, animis, Lautreco eorum Duce, Parmam ſubita aggreſſione expugnare decreverunt, ſed irritum hunc eorum conatum reddidit Franciſcus Guicciardinus Italicæ Hiſtoriæ ſcriptor egregius, cui paulo ante Julius Cardinalis Medices illam Urbem gubernandam commiſerat, nam, etſi tribus locis mœnia, appoſitis ſcalis, Galli invaſiſſent, Præſidis tamen conſtantia, & civium virtute rejecti, ſequenti nocte diſceſſere, uti ipſe Guicciardinus narrat Hiſtor. lib. 14. fol. 419., hoc itaque tempore priuſquam Hadrianus ad Summum Pontificatum evectus fuiſſet, vacante Apoſtolica Sede, nummus percuſſus Parmæ fuit.

HA-

HADRIANUS VI.

HADRIANVS FLORENTIVS VLTRAJECTINVS
ELECTVS
V. IDVS IANVARII MDXXII.
OBIIT
XVIII. KAL. OCTOBR. MDXXIII.

I.

ADRIANUS VI. PON. MAX. Stemma Pontificis, cujus area in quatuor partes diſsecta eſt, in una, & altera Leo ſaliens, & in duabus reliquis notæ quædam tres, in unaquaque litteram J referentes, ſed craſſioribus, germanico more, lineamentis; ſupra Tiara, & claves.

S. PETRUS ALMA ROMA. S. Petrus in navicula retia in mare immittens.

II.

ADRIANUS VI. PONT. MAX. Inſignia Pontificis.


S. PETRUS S. PAULUS, ambo ſtantes, cum epigraphe MARC.


III.

HADRIANUS ELECT. PONT. M. ſtemma, ut ſupra.

S. JOANNES. S. HILARIUS. S. Joannes, & S. Hilarius habitu epiſcopali, ambo ſtantes, vexillum ſuſtinent, ſupra 1522., & infra PARMA.

Dum in Vaticanis comitiis inter Cardinales Seniores, ac Juniores ſumma, in Pontifice eli-


I
AV
ADRIANVS VI PON MAX
S PETRVS ALMA ROMA
II
AR
ADRIANVS VI PONT MAX
S PETRVS S PAVLVS
MARC
III
AR
HADRIANVS ELECT PONT M
S IOANNES S HILARIVS
PARMA
IV
AR
HADRIANVS SEXTVS P MX
PARMAE DOMINVS
V
AR
PLACENTIA COLONIA ROMANOR
VI
AR
HADRIANVS VI PONT MAX
S GEMINIANVS MVTIN EP



UNIV. OF MICH.

eligendo, eſſet diſcordia, ita, ut res in longum protrahi videretur, repentè, præter omnium expectationem, Hadrianus Cardinalis Derthuſenſis Epiſcopus, xxx. Patrum purpuratorum ſuffragiis, Pontifex eſt renunciatus: aberat tum ille, & Victoriæ Vellicæ in Cantabria morabatur, cumque prius, privatis litteris per tabellarios, de dignitate collata certior factus fuiſſet, & poſt duodecim à primo nuncio publicæ Cardinalium litteræ non adveniſſent, quampluribus ex ſuis, ob tantam moram, hærentibus, ut refert Paulus Jovius in ejus vita pag. 253., eas decimo tertio die tandem accepit, ac ſequenti, Pontificiis veſtibus indutus, in publicum prodiit, retento Hadriani nomine, & licet Cardinales illum exorarent, ut quamcitius Romam veniret, obſtitit tamen adeo mare, hybernis tempeſtatibus ſævum, ut, nonniſi pridie Kal. Septembris ante Baſilicæ Vaticanæ fores coronari de more potuerit. Hoc autem temporis intervallo nummus Parmæ cuſus fuit, in quo dicitur tantum electus; alter vero, qui ſequitur denarius, poſtquam Hadrianus ipſe ſacra Tiara redimitus fuit, percuſſus eſt.

IV.

HADRIANUS SEXTUS PONT. MAX. Pontificis caput.
PARMÆ DOMINUS. Pontificis ſtemma.

V.

REGNANS APERIT CLAUDIT. Claves decuſſatæ, & ſupra Tiara Pontificia.

PLAC. ROMANOR. COLONIA. Lupa.

Percuſſus eſt nummus hoc, priuſquam Hadrianus Pontifex in Italiam adveniſſet, Placentiaque urbs ſe Romanorum Coloniam fuiſſe gloriatur, ideoque Lupam, quæ Romulum, & Remum ſuis uberibus aluit, pro inſignibus impreſſit, & revera ea urbs deducta Colonia fuit anno Urbis conditæ 535. Publio Cornelio Scipione, & Sempronio Largo Coss., ut refertur in Livii Epitome lib. 20. in fine pag. m. 318.


VI.

HADRIANUS VI. PONT. MAX. Pontificis caput.

S. GEMINIANUS MUTIN. EP. S. Geminianus ſedens, epiſcopali veſte indutus, dextera benedicit, ſiniſtra pedum tenet.

Hadriani vultum, ac perſonam affabrè deſcripſit Willelmus Lochorſt Ultrajectinus apud Raynaldum ad annum 1523. num. 111. *Corpus procerum, & erectum cum gracilitate non indecora, facies candida, & viva, plena dignitatis, gratiæ, & majeſtatis, verecundia tanta, ut omnem corruptionum improbitatem deterreret.* Concinit Jovius in ejuſdem Pontificis vita pag. 260. *Erat ore probo, gravi, verecundo, ab ſancta quadam hilaritate valde conſpicuo.*

SEDE



I.

SEDE VACANTE. Umbella Pontificia ſupra clavès decuſſatas, & inferius ſtemma Cardinalis Armellini.

S. PAULUS. S. PETRUS, ambo ſtantes, & inferius ROMA.

Hæc eſt poſtrema moneta, cui Franciſcus Cardinalis Armellinus, utpotè S. R. E. Camerarius, propriæ familiæ ſtemma impreſſerit, nàm ſedente Clemente VII., cum adhuc Romam occupatam detinerent Cæſarei exercitus Duces, in arce S. Angeli menſe Septembri 1527. brevi morbo ſublatus eſt. Ciaccon. Tom. 3. col. 390.

II.

FIRMUM PLAC. PRÆSIDIUM. Claves decuſſatæ, & ſupra Tiara Pontificia.

PLAC. ROMANOR. COLONIA. Lupa.

Hadriano Pontifice defuncto, inter eos,

 qui

qui Cæſareis copiis præerant, & Alfonſum Ferrariæ Ducem, Regio Lepidi jam potitum, conventum fuerat, ut, & Mutinam occuparet, eo ſcilicet conſilio, ut facilius Parma, ac Placentia in poteſtatem Mediolanenſis Ducis devenirent, ut ſcripſit Guicciardinus in Hiſtoria Italica lib. 15. fol. 440. pag. 2., ſed cum Cardinalium opera, qui in comitiis adhuc erant, eligendo Pontifici intenti, Mutinæ occupandæ deliberatio irrita ſucceſſiſſet, Placentini cives in Apoſtolicæ Sedis fidelitate perſtiterunt.

CLEMENS VII.

JVLIVS MEDICES FLORENTINVS ELECTVS XIII. KAL. DECEMBR. MDXXIII. OBIIT VI. KAL. OCTOBR. MDXXXIV.

I.

CLEMENS VII. PONT. MAX. Stemma gentilitium Mediceæ familiæ cum Tiara, & clavibus.

SANCT. PETRUS. ALMA ROMA. S. Petrus in navicula, retia in mare immittens, & parvus Tridens monetarii ſignum.


II.


CLEMENS VII. ANNO JUBILEI. In parte inferiori, & ad nummi oram HODIE SALUS FACTA EST MUNDO. Bea-


CLEMENS VII PONT MAX
I
AV
ALMA ROMA SANC PETRVS
II
AR
HODIE SALVS FACTA EST MVNDO
CLEMENS VII ANNO IVBI LAE
ET POR TAE CAE LI APERTAE SVNT
III
AR
CLEMENS VII PONTIFEX MAX
IVSTI INTRA RVNT IN EAM
IV
AR
CLEMENS VII PONTIFEX MAX
IVBI LAEVM VII CLVSIT
V
AR
CLEMENS VII PONT MAX
ROMA S PETRVS ALMA
VI
AR
CLEM PP VII
S PETRVS APOSTOL




UNIV OF MICH.


VII
Æ
VIII
Æ
IX
Æ
X
AV
XI
Æ
XII
Æ




UNIV. OF MICH.


EX COLLATO
ERE·DE·REBVS
SACRIS·ET·PRO
FHANIS
RVM·SVBSIDIVM
M·D·XXIX
BONONIA
XIII
AR
REFRVMENTARIE COGENTE INOPIA
CLEMENS·VII·PONTI·MAX
XIV
AR
VERA·REDEMPTIO·FIDA·PROTECTIO
PARMA
1526
CLEMENS·VII·PONTI·MAX
XV
AR
PARMAE DOMINVS
CLEMEN VII PON MAX
XVI
AR
S HILARIVS S IOANNES
PARMA
XVII
AR
SVB TVVM PRAESIDIVM
PARMA
XVIII
AR
PROTETRIX S IVSTINA




UNIV. OF MICH.

TAB. IV


XIX
AV
XX
AR
CLEMENS·VII·PONT·MAX
MVTIN
ENSES
XXI
AV
ECCE
HOMO
ROMA
XXII
AR
MAX·CLEMENS·VII·PONTIF
S·PA·S·PE
ALMA·ROMA
XXIII
AR
PONTIF·MAX·CLEMENS·VII
ME
DIO
DVHA

UNIV. OF MICH.


PONTIF·MAX·CLEMENS·VII
XXIV
Æ
Q VAR T DVC
CLEMENS·VII·PONT·MAX
XXV
Æ
QVARE·DVBITASTI
PAPA·VII·CLEMENS
XXVI
Æ
FIAT·PAX·IN·VIRTVTE·TVA
RO MA
VII·PONT·MAX·CLEMENS
XXVII
Æ
MISIT·DO MI ANGELVM SVVM
RO MA
CLEMENS·VII·PONT·MAX·AN·X·I
XXVIII
Æ
QVARE·DVBITASTI

UNIV. OF MICH.

Beatiſſima Virgo, & S. Joſeph, genibus flexis, infantem Jeſum, in præſepe jacentem, adorant.

ET PORTÆ CÆLI APERTÆ SUNT. Pontifex ſolemni habitu indutus, ambabus manibus malleum tenens, Portam Sanctam aperit, poſt ipſum aliquot advenæ, corollas precatorias, & baculos genuflexi tenent, ſupra S. Petrus clave aperit Cœli Portam, è qua lumen in ſubjectam alteram portam deſcendit.

Indicto à Clemente VII. anno Jubileo, ſolemnique pompa ab eodem aperta Baſilicæ Vaticanæ Sancta Porta in pervigilio feſti Nativitatis Domini, quod in nummo exprimitur; annus hic 1525., qui lætiſſimus cunctis eſſe debuerat ob indictam Chriſti fidelibus noxarum publicam expiationem, funeſtus tamen accidit, Romam enim lues invaſerat, crebris funeribus luctuoſa, & recrudeſcentibus inter Chriſtianos Principes bellis, Franciſcus Galliæ Rex in Italiam cum exercitu veniens, & feliciter Mediolano potitus, Ticinum irrito conatu obſedit, Hiſpanique, novis aucti copiis è Germania à Borbonio adductis, in prælio, maxima cum internecione, Gallos ſuperarunt, ipſeque Rex acriter dimicans, in poteſtatem hoſtium venit. In Germania ruſtici, qui impia, novaque de religione dogmata amplexi fuerant, Luthero incentore, ductoreque Thoma Muntzero, arreptis

in

in Dominos, ac Magiſtratus armis, per univerſas regiones, turbas excitarunt, omniaque rapinis, ac cædibus replevere, &, ſi tandem centum millibus ex ipſis occiſis, inſania hæc deferbuerit. Vide Guicciardin. Hiſt.Ital. lib. 15. fol. 459., & Laurentii Surii Commentarium pag. 140. edit. Colonien. 1598. Has igitur ob cauſas, itineraque difficilia, ac armis intercluſa, non is advenarum numerus hanc ſacram peregrinationem, ac in anteactis annis Jubilei, ſuſceperat.

III.

CLEMENS VII. PONTIFEX MAX. Pontificis caput.

JUSTI INTRARUNT IN EAM. Porta Sancta clauſa, ac utrimque SS. Petri, & Pauli ſimulachra.

IV.

CLEMENS VII. PONT. MAX. Pontificis caput, ut ſupra.

JUBILEUM VII. CLUSIT. Corolla frondea nummi ambitum exornat.

Peracta à Clemente Pontifice anni Jubilei celebritate, clauſa ab eodem ſolemni, conſuetoque more fuit Templi Divi Petri Sacra Porta, quam nummus repræſentat, addito lemmate *Juſti intrarunt in eam* ex Pſalmo 17. 20. *Hæc Porta Domini, juſti intrarunt in eam*. Errorem ineſſe in averſæ partis alterius nummi inſcriptis verbis, Septimum ſcilicet Jubileum Clementem

tem clauſiſſe, ſcripſit Xaverius Scilla in notitia monetæ Pontificiæ pag. 227., Octavus enim dicendus fuerat, ſi Jubileus annus, ab Urbano VI. indictus, adnumeretur; atqui nonus, ſi ille à Martino V. conſtitutus anno 1423., cujus mentionem facit Onuphrius Panvinius in Chronologia, aliique, etſi plures omittant; at revera, varius apud Pontifices annos hoſce numerandi mos fuit; in Conſtitutione *Ineffabilis* Pauli II., qui annum Jubileum ad vigeſimum quemque quintum annum contraxit, quam confirmavit Xiſtus IV., mentionem facit eorum, quos celebrarunt Bonifacius VIII., Clemens VI., Urbanus VI., ac Martinus V, alii verò illum Urbani VI. omiſere; videndus de hac re Andreas Victorellus annor. Jubil. Hiſt. parte 1. pag. 6., & parte 2. pag. 194.

V.

CLEMENS VII. PONT. MAX. ſtemma, ut ſupra.

S. PETRUS. ALMA ROMA. S. Petri protome, dextera benedicit, ſiniſtra clavem tenet.

VI.

CLEM. PP. VII. Clemens Papa VII. in area.

S. PETRUS APOSTOL. S. Petri caput.

VII.

CLEMENS VII. PONTIF. MAX. ſtemma, ut ſupra.

S. PA. S. PE. AIMA ROMA. Ambo SS. Apoſtolorum capita, mutuo ſeſe reſpicientia.

VIII.

VIII.

CLEMENS VII. PONT. MAX. Stemma, ut ſupra.

S. PAULUS, parva crux S. PETRUS, infra ROMA. SS. Petrus, & Paulus ſtantes, primus librum, & claves, alter librum, & enſem, tenent, ad pedes, inter utrumque, lilium, fortè monetarii ſignum.

Ea eſt hominum natura, ut ſi quæ populis mala accidant, hi ſtatim cauſam dominantibus imputent, omnemque culpam in eos rejiciant; hoc præcipuè expertus eſt Clemens VII., plura enim, ejus pontificatus tempore, adverſa evenere; divexata diuturnis bellis Italia, cruentiſſima per ſummam perfidiam Romanæ Urbis direptio, peſtilentes morbi, dira fames, Tyberis inundatio, quibus calamitatibus major Romanorum Civium pars abſumpta cum fuiſſet, luctuoſa ipſius pontificatus memoria reddita eſt, quamobrem, teſte Paulo Jovio Hiſtor. lib. 32. pag. 491. *omnis ordo, ac populus denique univerſus, diù expectata, ac demum audita ejus morte, magnoperè lætatus eſt*; etſi Clementis animus, non modicis, atque his egregiis virtutibus, ornaretur, ut ſcribit idem auctor pag. 490.

IX.

CLEMEN. VII. PONT. MAX. Stemma, ut ſupra.

S. PAULUS S. PETRUS ſtantes, & inferius MARC., & inter has litteras gentilitium ſtemma Card. Armellini.

Franciſcus Cardinalis Armellinus à Leone uſque X., cujus gratia pollebat, ut ſupra diximus, Marchiæ Anconitanæ legatione decoratus fuit, legitur apud Ciaccon. Tom. 3. col. 389.

X.

CLEM. VII. PONT. MAX. Stemma, ut ſupra, infra parvus Leo.

ÆTERNA SALUS. Crux ex ſtellis compoſita, quam ſtellatus circulus ambit, inferius, ad latera ſtemma utriuſque Cardinalis Accolti.

XI.

CLEM. VII. P. M. Stemma, ut ſupra, & infra ad dexterum latus parvus Leo.

S. CYRI. ANCON. S. Cyriaci epiſcopali habitu induti, protome, dextera benedicit, ſiniſtra crucem tenet, infra ſtemma Benedicti Cardinalis Accolti.

Dum Anconitani Cives pontificiis juſſibus, non modo parerent, quin imò eoſdem contemnerent, electiſque ad Urbem regendam Decurionibus, libertatis nomen arrogantius præſeferrent, Clemens VII., hortante Petro Card. Accolto, qui ejuſdem Urbis Epiſcopus fuerat, cum timorem, verum nè, an ſimulatum, incertum, illis Civibus Claſſis Turcicæ adventus, injeciſſet, anno 1532., ad defenſionem illius Urbis miſit cum quadringentis peditibus Aloyſium Gonzagam, qui occupatis Portis, ac foro,

21. Septembris die, admiſit Benedictum Cardinalem Accoltum, Petri, quem diximus, item Cardinalis, nepotem, qui Legati munere ea in Urbe, Provinciaque fungens, ſtatim in ordinem Decuriones redegit, & refractarios Cives, alios carcere, alios exilio multavit, conſtruendæque, opportuno in loco, arci manum appoſuit, Antonio Sangallo Architecto, uti refert Saracenus in Hiſtoria Anconæ par. 2. lib. XI. pag. 337.

XII.

CLEM. VII. PONT. MAX. Pontificis caput.

BONONIA MATER STUDIORUM. Leo ſaliens anterioribus pedibus vexillum tenet.

Non leve fidei, ac benevolentiæ erga Clementem ſpecimen edidit Bononia, cum Pontifex ipſe in Adriana arce obſeſſus, ac inde detentus, donec ingentem auri vim, Cæſarianis militibus in ſtipendia pactam, perſolveret, ut citius libertatem aſſequeretur, Bononienſes Cives ultrò vigintiquatuor aureorum millia contulere, & ob hoc beneficium, ab eodem Pontifice conceſſum iis fuit, ut non modicam ſalis copiam liceret ex Cerviæ ſalinis in ſuam Urbem inferre, teſte Torrigio in opere Italico de Criptis Vaticanis part. 2. pag. 264.

XIII.

In area. EX COLLATO ÆRE DE REBUS SACRIS, ET PRO-

PROPHANIS IN EGENORUM SUBSIDIUM MDXXIX. BONONIA. Supra Canis cubans ſacem ore tenet.

COGENTE INOPIA REI FRUMENTARIÆ. S. Petronius epiſcopali habitu indutus, dextera parvam Urbis imaginem tenet, ſiniſtra pedum paſtorale, & infra Civitatis inſigne.

Summa frugum penuria, ac inuſitata aeris inclementia, peſtilentes morbos pariente, afflictam fuiſſe Italiam anno 1528. teſtatur Surius in Comment. pag. 163., nec expertem hujus maximæ calamitatis Bononiam fuiſſe ſcripſit Vizanius Hiſt. Bonon. lib. 10. pag. 540. Proximaque loca, inter quæ Mutina, uti legitur apud Vedrianum in Hiſt. Tom. 2. lib. 18. pag. 510. Lues autem ſequenti anno, hyeme adveniente, miteſcere, ac demum ceſſare viſa eſt, ſed crevit frumenti caritas, quod evincit nummus, quem exhibemus, unus ex iis, qui conflati in egenorum ſubſidium fuere, ex argenteis Templorum donariis Deo dicatis, ac præcipuè ex illis, quæ in ſacra Æde Religioſorum hominum ex Divi Dominici inſtituto aſſervabantur, quod indicat impreſſa denario Canis imago, facem ore tenentis, ejuſdem Ordinis inſigne; verum ob novam copioſam meſſem, illatamque ex aliis regionibus annonam, deſiiſſe hanc cibariorum inopiam apparet, cum eodem anno, paulo ante Kalendas Novembres, Clemens VII. eam in Urbem adve-

 nerit,

nerit, in qua inde Carolum Cæſarem Imperatorio diademate ornavit, totius Italiæ Proceribus, omniſque conditionis hominibus eo confluentibus.

XIV.

CLEMENS VII. PONT. MAX. Stemma, ut ſupra.

VERA REDEMPTIO, FIDA PROTECTIO. Chriſtus ſedens, ſceptrum ſiniſtra tenet, dextera redimit corona Virginem Matrem, quæ, humili actu, caput deprimit, admotis ad pectus ambabus manibus; infra PARMA 1526., ad dexteram, ſtemma Joannis Cardinalis Salviati, & ad ſiniſtram inſigne Urbis.

XV.

CLEMENS VII. PONT. MAX. Pontificis caput.

PARMÆ DOMINUS. Stemma Pontificis, infra ad dexteram illud Cardinalis Salviati, & ad ſiniſtram Urbis inſigne.

XVI.

CLEMENS VII. PONT. MAX. Stemmata Pontificis, Cardinalis Salviati, & Urbis, ut ſupra.

S. HILARIUS. S. JOANNES. Primus epiſcopali habitu indutus, dextera librum tenet, ſiniſtra pedum; S. Joannes, pellicea veſte tectus, parvam crucem tenet haſtæ innixam, ambo ſtantes, & infra PARMA.

XVII.

CLEMENS VII. PONT. MAX. Stemma Pontificis, ut ſupra.

SUB

SUB TUUM PRÆSIDIUM. Beatiſſima Virgo ſedens infantem Jeſum in gremio tenet, & infra PARMA.

XVIII.

CLEMENS VII. P. M. PLAÇ. D. Clemens VII. Pontifex Maximus Placentiæ Dominus, ſtemma Pontificis.

S. JUSTINA PROTECTRIX. Mulier ſtans, dextera manu ad pectus appoſita, ſiniſtra paſtorale pedum tenet.

Joannes Cardinalis Salviatus, à Clemente Pontifice Parmæ, ac Placentiæ Legatus renunciatus eſt, ut legitur apud Ciacconium Tom. 3. col. 382., anno 1526. eo ſanè tempore, quo Cæſarei Duces, ob victoriam ad Ticinum de Gallis relatam, de qua ſupra mentionem fecimus, elati, Franciſcum Sfortiam Mediolani Ducem, inſimulatum adverſus Carolum Imperatorem multa tractaſſe, graviter ex morbo decumbentem in Mediolanenſi arce, obſederunt, qua re commotus Clemens, ad Italiæ ſecuritatem, afferendamque Franciſco opem, novum fœdus, accito quoque Angliæ Rege, cum Venetis, pepigit; verum paulo poſt, cum è Germania, novis cum militibus, Georgius Fronſpergius advenisſet, trepidatum Parmæ eſt, ſed Franciſci Guicciardini, qui præerat Pontificiis copiis, Commiſſarium vocant, in Urbem advenientis diligentia, factum eſt, ut diſpoſita per muros, ad

ad defenſionem, Urbana militia, Fronſpergius, nulla re tentata, Taro fluvio trajecto, aliò abierit; Bonaventura Angelus in Hiſtor. Parmen. lib. 5. pag. 513.

XIX.

CLEMENS VII. PONT. MAX. Pontificis caput.

S. GEM. MUTINEN. EPS. S. Geminianus Mutinenſis Epiſcopus ſedens, dextera benedicit, ſiniſtra pedum tenet, ad dexteram ſtemma Cardinalis Salviati, ad ſiniſtram Crux, Mutinæ inſigne.

XX.

CLEMENS VII. PONT. MAX. Pontificis caput.

MUTINENSES. Stemma Pontificis, ad dexteram Cardinalis Salviati, ad ſiniſtram Urbis inſigne.

Joannes Cardinalis Salviatus, cujus ſupra meminimus, legatione Mutinæ urbis jam ab anno 1524. à Clemente VII, etſi abſens, functus eſt, uſque ad annum 1527., quo infanda Romæ direptio, obſeſſuſque Pontifex fuit, qua occaſione arrepta, Alfonſus Ferrariæ Dux, ſubitario coacto exercitu, Mutinam venit, indictaque per Tibicinem deditione, Philippus Nerlius, Salviati Cardinalis ſororis vir, cujus vices ipſe gerebat, & Comes Ludovicus Rangonus, cum eis non eſſent validæ ad defenſionem vires, quingentis cum peditibus, ac quatuordecim bellicis majoribus tormentis, Urbe exceſſere, Bononiam verſus itinere ſuſcepto, quamobrem Mutinen-

tinenſes Cives Alfonſum, qui Rubieræ morabatur, ultro accerſivere, illeque die ſexta Junii ſolenni pompa Mutinam ingreſſus eſt. Vide Vedrianum Hiſtor. Mutinenſis lib. 18. pag. 507. Tom. 2., qui pag. 500. ait anno 1524. Mutinæ Præfectum monetariæ officinæ fuiſſe Nicolaum Cavallerinum Mirandulanum.

XXI.

CLEMENS VII. PONT. MAX. Pontificis vultus, promiſſa barba.

PRO EO, UT ME DILIGERENT, in nummi circuitu. In medio D. N. Jeſu Chriſti imago ſtans, alligatis manibus, cum corona ſpinea, & clamide, & ad utrumque latus ECCE HOMO, inferius ROMA.

XXII.

CLEMENS VII. PONTIF. MAX. Stemma Pontificis.

S. PA ✠ S. PE. Utriuſque Apoſtoli caput, ac inferius parvus tridens, monetarii ſignum. ALMA ROMA.

XXIII.

CLEMENS VII. PONTIF. MAX. Stemma, ut ſupra.

In area MEDIO DUHA, & inferius, monetarii ſignum.

XXIV.

CLEMENS VII. PONTIF. MAX. Stemma, ut ſupra.

In area QUART. DUC. monetarii ſignum.

Horret animus eam referre cladem, ac vaſtita-

ſtitatem, quam Romanæ Urbi intulere anno 1527. perfidi hoſtes, quorum major pars falſis Lutheri dogmatibus, ac Saracenica impietate, aut Judaica ſuperſtitione imbuta fuerat, ut ſcripſit Cæſar Glorierius in Hiſt. expugnatæ, & direptæ Urbis pag. 24.; hinc iſtorum in Apoſtolicam Sedem odium, & Clemens Pontifex in arce S. Angeli arcta obſidione circumclusſus, hanc Populi Romani, nihil tale meriti, lanienam, ocioſè ſpectante, Franciſco Maria Urbinatium Duce, infido fœderati exercitus Imperatore, & licet Franciſcus Galliæ Rex, accito in ſocietatem Henrico Angliæ Rege, Lotrecum, cum valido exercitu in Italiam, ad liberandum Pontificem, miſiſſet, tamen, cum poſt plures menſes cibaria in arce defeciſſent, ac ibidem plures, vel ejus ex familiaribus eſſent peſtilentibus morbis abſumpti, Clemens, ad parandam ſibi libertatem, effugiendaſque tot ærumnas, ad pactiones cum hoſte deſcendere coactus eſt. Graviſſimæ illæ fuere, quas refert Guicciardinus Hiſt. Ital. lib. 18. pag. 54., ut, ſcilicet quadringenta aureorum millia perſolveret, quæ ſtipendii nomine acciperet ea, immanium potius prædonum colluvies, quam juſtus militum exercitus; ex illis autem quadringentis millibus, centum millia in præſenti numeraret, cumque ad hanc pecuniam conflandam, argentum,

tum, aurùmque non eſſet, neceſſe fuit, ut aurea, argenteaque vaſa, etiam ſacra, quæ in arcem ad ſecuritatem illata fuerant, conflarentur, uti ſcribit Marcellus Alberinus in Relatione MS. direptionis Urbis: *furono disfatte molte Croci, & argenti di varie Chieſe, ſervati in quella ruina, e che ſolevano eſſere ornamenti à molte Reliquie di Santi, e gl' Apoſtoli della Cappella del Papa, e furono per la fretta improntati quei ſcudi, e mezzi, e quarti di ſcudi con le teſte de' SS. Pietro, e Paolo, e con l'armi, ed inſegne del Papa, ed altri con lettere, che denotavano la valuta del mezzo, e di un quarto di ſcudo*; ideſt: *conflatæ ſunt multæ argenteæ Cruces, ejuſdemque metalli ſacræ lipſanothecæ, Templorum olim ornamenta, ſimulachra quoque argentea Apoſtolorum Pontificii Sacelli, &, ad celerius perficiendum opus, percuſſi fuere nummi argentei, ducati dicti, dimidii, & quadrantes, in quibus, ex una parte impreſſa erant SS. Petri, & Pauli capita, & in altera ſtemma gentilitium Pontificis, aliique cum epigraphe, illorum valorem indicante*; hoſce argenteos nummos exhibemus, non exæquatis, ut videre eſt, à feſtinantibus monetariis artificibus, eorumdem marginibus. In aureo nummo ſignato num. XXI., quæ viſitur Chriſti Domini imago, Judaico populo expoſiti, additis verbis, ECCE HOMO, egregia arte typo inſculpta fuit à præclaro artifice

 Ben-

Benvenuto Cellino, Clementis Pontificis juſſu, adhuc in arce detenti, ut ipſe Cellinus memorat in tractatu artis aurariæ lib.1. cap.7. pag.66. 2. edit., & in libro de Vita ſua pag. 62.: alluſiſſe videtur Pontifex, hac Servatoris imagine, cujus vices ipſe gerebat in terris, cum ad injurias, quibus eum hoſtes, ſpreta ſacroſancta dignitate, qua fulgebat, affecerant, tùm ad ingratos Florentinos cives, qui ſoli, tam adverſa ejus fortuna lætati, Mediceos adoleſcentes, Hippolytum, & Alexandrum, arctè eidem ſanguine conjunctos, Reipublicæ hoſtes declaraverant, bonaque fiſco addixerant. Adi Ammiratum Hiſt. Florentinæ lib. 30. pag. 369.

XXV.

CLEMENS VII. PONT. MAX. Pontificis caput, promiſſa barba.

QUARE DUBITASTI. Chriſtus Dominus ſtans ſuper aquas, dextera manu ſiniſtram S. Petri apprehendit, & jam ferè ſubmerſum, è fluctibus elevat.

Hujus quoque denarii typus, Benvenuti Cellini opus eſt, deque eo mentionem habet in libro de Vita ſua pag. 64., imaginibus in illo impreſſis exprobrare voluit Clemens, eorum hominum modicam fidem, ac præcipuè Florentinorum Civium ſuorum, qui oppreſſum, ac penè obrutum tot infortuniis, quæ tamen ipſe, Chri-

Chriſtiana modeſtia, poenas peccatis, erroribuſque ſuis debitas, fatebatur, ut ex ejus ore accepiſſe, narrat Jovius Hiſtor.To.2. lib.25. pag 67. nunquam emerſurum putaverant; verum paulo poſt eumdem viderunt ad ſummum honoris, & æſtimationis faſtigium evectum, exoptata cum eo amicitia, & affinitate à duobus Europæ maximis Principibus; Carolus enim Imperator, Margaritam filiam, ex minus juſtis nuptiis ſuſceptam, Alexandro Medici, Laurentii junioris filio deſpondit; & Catharina Medicea Henrico Aurelianenſi Duci, Franciſci Galliæ Regis ſecundo loco genito, in matrimonium collocata fuit.

XXVI.

CLEMENS PAPA VII. Pontificis ſtemma.

FIAT PAX IN VIRTUTE TUA. Crux totam aream occupans. ROMA. diviſis ad unumquodque latus litteris.

Clemens Pontifex anno 1528., altero poſt Urbis direptionem, pacem inter Imperatorem, & Galliæ Regem procurare aggreſſus eſt, precibuſque à Deo exorare, ut lemma nummo inſcriptum indicat, cumque ex mala valetudine decumberet, iter, ſi convaluiſſet, ſe trans Alpes ſuſcepturum, profeſſus eſt, ad tam ſanctum opus perficiendum, refert Raynaldus ad annum 1528. num.10., & 1529. num. 56.

XXVII.

CLEMENS VII. PONT. MAX. Pontificis caput, promiſſa barba.

MISIT DOMIN. ANG. SUUM. Angelus ſiniſtra manu D. Petrum apprehendit, & è carcere educit, inferius. ROMA.

Primis Pontificatus ſui annis Clementem VII. barbam non aluiſſe, oſtendit ejus imago ſuperioribus nummis expreſſa, verùm in Adriana arce ab hoſtibus circumcluſus, in mœſtitiæ ſignum, eandem promiſit, & ſanè eam prolixam habuiſſe conſtat, cum intempeſta nocte elapſus ex illa eſt: *nihil prohibentibus portæ cuſtodibus, cum petaſatus, & penulatus, ſubductaque, & velata barba, ſe diſpenſatoris miniſtrum, ignobili eo habitu, mentiretur*, ſicut refert oculatus teſtis Paulus Jovius Hiſtor. Tom. 2. lib. 25. pag. 62. Verbis illis *miſit Dominus Angelum ſuum* ad liberandum ſcilicet è carcere D. Petrum, reſpexiſſe videtur Pontifex ad Franciſcum Angelium (Franciſcum Angelum vocat Glorierius ſupralaudatus pag. 22.) Religioſorum hominum è D. Franciſci inſtituto principem, Miniſtrum generalem vocant, eximiæ probitatis virum, poſtmodum à Clemente purpureo galero donatum, qui litteras à Carolo V. impetrarat, quibus ſignificabat Aurantio, aliiſque Cæſarei exercitus Ducibus, ut Pontificem in priſtinam aſſererent liber-

bertatem. Guicciardinus Hiſt. lib. 18. pag. 62.

XXVIII.

CLEMENS VII. PONT. MAX. AN. XI. Pontificis caput, ut ſupra.

QUARE DUBITASTI. Chriſtus Dominus ſuper aquas ſtans, dextera benedicit, ſiniſtra lævum D. Petri brachium apprehendit, eumque ex undis, ferè immerſum, eripit.

Viſuntur in hoc nummo eædem imagines, quæ in ſuperiori num. xxv., ſed aliis lineamentis, alioque corporis ſtatu, à diverſo artifice typo inſcalptæ. Clemens VII., omni ſpe in Deo poſita, ante ſex annos obſeſſus, ac in extremas anguſtias redactus, anno 1533., qui Pontificatus ſui undecimus fuerat, poſt conſtitutum Florentinæ Reipublicæ Principem Alexandrum Medicem, Maſſiliæ à Franciſco I. Galliæ Rege, maximo cum honore, ac magnificentiſſimo apparatu, de quo Jovius Hiſtor. lib. 31. pag. 469. Tom. 2. exceptus, cum eodem Rege affinitatem contraxit.

FINIS.

PRÆ CÆTERIS CORRIGENDA.

Pag. 15.	*lin.* 7. *lege*:	etoit
	9.	ſouverrain
		avec celui du
20.	15.	Cæleſtinus
30.	23.	clypeum
50.	1.	pars
78.	*penult.*	in Tranſtiberim *lege* Tranſtiberinæ
79.		nummus percuſſus Sede vacante locandus erat poſt Urbanum V. pag. 74.
87.	21.	dextera
92.	3.	Cartophilacio, & alibi
103.	3.	Picentibus
127.	8.	navem
137.	25.	Xyſtus, *& pag.* 138. *lin. penult.*
139.	7.	*dele* uti ſit in præſentia
147.	*ult.*	ſeu
162.	21.	æquè
164.	26.	Raimundus
178.	9.	Leonibus
192.	11.	SANCTUS
210.	5.	hic
226.	15.	In area averſæ partis nummi XXIII. MEDIO DVHA. Sic ab hetruſco artifice, juxta patriam, vitioſamque pronunciationem, adſpirata littera H loco C poſita, verbum illud chalybeo in typo expreſſum viriculo fuit.